
JACOBI GUARINI

AD FERRARIENSIS GYMNASII HISTORIAM PER FERRANTEM BORSETTUM CONSCRIPTAM

Supplementum, & Animadverſiones.

PARS SECUNDA.



BONONIÆ, MDCCXLI.

Ex Typographia Laurentii Martelli.
Superiorum facultate.

Digitized by Google

AD PROEMIUM, ET PROLEGOMENA.

PARTIS SECUNDÆ.

Q*UEMADMODUM Noctes hyemali tempore longiores ſunt, & tenebricoſiores, quo magis ad ſolſtitium progrediuntur: ita Borſetti Hiſtoria quo plus ad exitum accelerat, eo magis produci videtur. Id quod prius Author in mentem habuit, ſibique propoſuit, nempè multa conſarcinandi, plura omittendi, & infinita propemodum extravagantia parandi ad centonem multiplici panno texendum, quo plus procedit* Oratio, *& uſque ad integrum complementum promiſſa implere conatur. Tres priores libros hujuſce ſecundæ partis, cum ſatis longa appendice, licet hac labe aliquantiſper ſcateant, tamen approbatos volumus, & in acceptis reponimus: pertinent enim omnes Viri, quorum mentio eſt, ad Gymnaſium, ſive ad Univerſitatem [ſaltem lato modo] nonnul-*

los tamen omiſſos credimus; & plures nimis mutilo ſtylo pertractatos, vel bona fide inſertos. Verùm libros duos poſteriores, nempè quartum, & quintum, fateor, qua de cauſa elucubratos me penitus ignorare. Horum prior, nempè quartus, ad Bibliothecam Ferrarienſium Scriptorum aſtruendam, pro miſcellaneorum cumulo habendus eſt, ut ex iis perfecta litteraria Hiſtoria nanciſcatur. Alterum, hoc eſt quintum, omninò ab hoc opere trudendum judicamus, cum pro nihilo ad rem ſpectent optimi Pictores, Sculptores, Miniatores, Muſici, Cithare di, & hujuſmodi ad Univerſitatem litterariam componendam.

Sed ne fortuitò nos loqui dicatur, adeamus Volumen ſecundum ex integro, quod ab hac mala conſonantia exorditur, ut extra ordinem, & nudè nimis, Bullam erectionis Ferrarienſis Eccleſiæ ad Archiepiſcopalem dignitatem evectæ, tamquam pro neceſſario prolegomeno infarciat: & licet in ejuſdem Bullæ decurſu Univerſitatis Ferrarienſis mentio ſit, & quidem cum laude, attamen in prima hujus operis parte ſæpius repetitæ leguntur uſque ad nauſeam hujuſmodi laudes, & encomia inſignitatis, celebritatis, famoſitatis, & ſimilium; quæ in Ferrarienſis concivis ore ſordeſcunt. Documentum hoc, abſque dubio, pro honorifico habendum, laudandum, approbandum, pendendum, prædicandum, laudibus efferendum, & celebrandum, tamquam memorabile, egregium, & illuſtre, ſed in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & quidem ampliſſimè, non verò in Gymnaſtica innectendum, circumligandumque.

AD

Digitized by Google



AD LIBRUM PRIMUM

PARTIS SECUNDÆ

HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII

Supplementum , & *Animadverſiones*.

PRIMUM ſe offert *Joannes Braſavolus*. Ne temporis incertitudine laboraret initium hujus Libri primi, per modum ſupplementi ſignificari facilè poterant anni, circa quos floruit iſte Joannes, quorum mentio eſt apud citatum Baruffaldum, in Commentario Hiſt. fol. 174. dum dicit. *Obiit Joannes in patria circa ann.* 1284. pag. 1.

Addendus ſub anno 1304. *Bonagratia Præpoſitus* Eccl. Ferrarien. qui Fratris Guidonis de Montebello Ord. Præd., & Epiſcopi Ferrarien. fuerat Alumnus, Decretorum Doctor, & Magiſter in patria: cujus mentio eſt in antiquo diplomate collationis Beneficii, & Præbendæ, rogato per Uguccionem de Montecchio Notarium, ſub die 7. Aprilis 1304. 1304.

Digitized by Google

1304. cujus verba de hoc Bonagratia ſic effantur. *Ego F. Guido Ferrarien. Epiſcopus in Præpoſitam ejuſdem Eccleſiæ commendo, & inſtituo Dominum Bonagratium decretorum Doctorem, ex noſtra audientia factum, & publicum in eadem civitate Magiſtrum, electionem factam de D. Guilielmo Savenio non approbando &c.* Hujus quoque Bonagratiæ perpetua recordatio eſt in marmoreo ſepulchro Urbani P.P. III. in Eccleſia Cathedrali Ferrariæ his verbis. *Hic jacet ſacræ memoriæ Urbanus P.P. III. natione Mediolanen. ex genere Cribellorum. ſepultus MCLXXXVI., & revelatus MCCCV. die VIII. menſ. Auguſt. Indict. III. Temporibus Fratris Guidonis Ferrarien. Epiſcopi. Joannis Archipresbyteri, & Bonagratiæ Præpoſiti.*

Erat hic locus hiſtoriam ornandi narratione obitus hujus Pontificis in hac Civitate, & electionis Gregorii VIII. ſequenti die, ibidem ſequutæ. Vel ſi hic eventus nimium a ſcholaſtica narratione divertiſſet, deſcribi poterat revelatio ejuſdem cadaveris, & ſepulchri conſtructio facta de anno 1305. tempore F. Guidonis de Vicentia, qui erat Epiſcopus Ferrariæ, & una ſimul adverſus hæreticam pravitatem Quæſitor, de quo Borſettus noſter non illaudabilia narrat Part. 1. lib. 1. fol. 13. ſub anno 1297. Atque hac opportunitate ſermo poterat inſtitui de nova ejuſdem ſepulchri revelatione, & ornatu habito anno 1714. tempore Card. de Verme Epiſcopi.

1309. *Petrus de Tauxiniano.* Supplendum. De hoc ita Alidoſius lib.
pag. 2. Doctorum Bononien. Phil., & Med. *Petrus Alberghetti, alias Ghetto, de Curialtis, de Tuſignano 1377. Medicinæ Lector ad nonam, & veſpere, uſque ad annum 1390. legit quoque Ferrariæ, & fortaſſe Patavii. Obiit Bononiæ, jacetque in D. Dominici. fol. 135.* Quod ſi ita fuit, non ad annum 1309. ſed ad 1390. erat collocandus. Opera illius melius quam ab alio, recenſentur a Paſchali Gallio in Bibliotecha medica, ubi Petrus nuncupatur de Tuſignano, non vero de *Tauxiniano* prout etiam ſcribit Iſrael Spachius in nomenclatura Scriptorum Medicorum Francofurti excuſſa anno 1591.

1335. *Bonalbergus de Bonfado.* Tota hæc adnotatio deſumpta eſt ex
pag. 3. Hiſtoria Ferrarienſi Hieronymi Baruffaldi lib. 6. pag. 294. Sed ab eadem mutuari etiam debuerat recens Inſcriptio de hac tranſlatione prope locum ſepulchri, quæ Inſcriptio in nova Cathedralis reſtauratione diruta fuit: & ideò nec vetus ſepulchrum, nec nova Inſcriptio apparet; nam Sarcophagum primum apud Monachos Chartuſianos in horto proſtat ad uſum Aquarii pro beſtiis: Al-

Altera verò inter marmorea rudera fortaſſe adhuc deliteſcit; cujus verba erant.

D. O. M.

Jacebat in proximo hic ſiniſtro latere R. D. Bonalbergus de Bonfado Canonicus Ferrariæ deretorum Doctor, & in jure peritus, in magna ex unico marmore conſtructa Arca; ejus effigie in Cathedram ſedente, variiſque ſculpturis egregie ornata, & inaurata, ſuper columnas quatuor ſublimata. Qui obiit anno MCCCXLV. die quinta ex eunte madio. Hic jacet nunc ſublata Arca & ab ea extractus, & humi depoſitus Anno MDCLXXX. die XV. menſis Julii. Occaſione translationis Baptiſterii per Em., & Rev. D. Card. Carolum Cerrum Epiſcopum facta ad ipſius Altare hic a latere dextro ſub titulis S.S. Laurentii M. & S. Mariæ Magdalenæ conſtructum, & tunc ſimiliter ſublatum titulis ipſis duarum Cappellaniarum ab eo copioſe dotatarum in eodem Altari exiſtentium, ad Altare S.AngeliCuſtodis ab E.S. translatis an.MDCLXXX die XVI. Novemb. Ad memoriam igitur tam clari doctrinæ, & tam inſignis pietate Confratris de Eccleſia benemeriti conſervandam Capitulum poſuit die XXIV. Menſ. Decemb. ejuſdem Anni.

Petrocinus Caſaleſchi. Supplendum. Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Ravennaten. ſub anno 1362. vocat hunc Petrocinum *de Caſaleclo*, & ſub anno 1369. l. 6. fol. 583. ejus mortem deſcribit, Teſtamentum, & Codicillum. Alidoſius verò l. 5. f. 154. de *Caſalecchio* eum appellat, & cum Paulus Scordilla (non Sgordila) in continvatione Appendicis ad Agnellium in libro Pontificali ſub num. 92. fol. 113. de illo ſcribat, fuiſſe de vili ſatis progenie genitum, non ab re eſt dicere natalia, & genus traxiſſe e Villa *Caſalecchj*, cujus nominis, tum in Ferrarienſi, tum in Bononienſi agro quidam Pagus habetur, & ſic non Caſaleſchi, ſed de Caſalechio, vel Caſaleclo nuncupari debere hunc Petrocinum. Certè Ricciolius in Chronol. Ref. ubi de Ravennatenſibus Archiepiſcopis ſermo eſt, *Petrachinum* appellat: & Abbatis

batis dignitate honoratur in Cænobio S. Cypriani de Murano. Quod tamen in Ferrarienſi Univerſitate Lector fuerit, adhuc in ancipiti res eſt, nec ab Authoribus probatur.

1389. *Bartholomæus de Saliceto*. De eodem Alidoſius ità loquitur,
pag. 4. in libro Doctor. Bonon. J. C. pag. 45. anno 1389. Ferrariam divertit, cujuſdam machinationis cauſa: Ibi lectionibus vacavit, & Studium inſtituit. Obiit anno 1412. die 28. Decembris, & magna honorificentia lectulum honoris mortualis in publica via habuit, & ſub umbella jacuit, cum multi pro ejus obitu lugubrem veſtem induiſſent.

1418. *Petrus de Ancharano*. Adde. Collegium de Ancarano nuncu-
pag. 7. patum, Bononiæ inſtituit anno 1414. obiit anno Domini 1416. die quinta Auguſti; & ſubſequenti mane indutus veſte F. F. Prædicatorum ad D. Dominici translatus fuit, aſſociantibus quibuſcumque artibus, Fratribus Mendicantibus, & Clero, nec non Collegiis Doctorum, Rectorum, Equitum, Judicum, & Procuratorum. Ibi de eo inciſum fuit hoc epitaphium, ab Alidoſio pag. 191. tranſcriptum.

Canonis hic ſpeculum civilis, & Anchora Juris
Hic jacet, æternas mens tenet alma domos.
Nomen erat Petrus, genuit Farneſia proles,
Hunc Ancharanus dat ſibi laudis opes.
Quis ſuperavit eum virtute micante? quis iſto
Conciliis hominum clarior ante fuit?
Pro meritis nunc Aſtra dedit tibi Jupiter almus,
Et voluit gelido membra jacere ſolo.

D. O. M.

Juris Pontificii, & Cæſarei clariſſimo interp.
ejus amantiſſimi ſacrum hoc inſtauratum poſuere
anno ſalutis M.CCCCLXXXIII.

pag. 8. 9. Sequuntur *Catalanus Belincini*, *Jacobus de Fulchis*, *Gerardus della Fratta*, *Joannes de Calaone*, & *Petrus Caſella*, qui tantummodo per conjecturam Lectores in Univerſitate dici poſſunt, ob deficientiam Rotulorum. Sed iſtæ conjecturæ infirmant, non firmant hiſtoriam, illamque minus credibilem reddunt. Vel enim Lectoris officio functi ſunt, vel non: Præſumptio, propter quam ad lecturam evectos fuiſſe Author ſuſpicatur, nempe Statutorum Ferrarienſium approbatio, nulla eſt: officium enim conſiliarii a Lectore valdè diſtat: ergo eorum nomina, licet illuſtrium Viro-

rum

rum prætetire ſatius erat, quam per modum dubitationis enunciare.

Antonius de Butrio. Adde. Epitaphium ſepulchrale tanti viri ab Alidoſio, & Pancirolio exhibetur; eſtque apud ambos ejuſmodi. 1403.

Qui legum ante alios interpres vixit acutus
Scævola pro Juris cognitione novus.
Et Canonum princeps nulli pietate ſecundus
Trajano, & compar integritate fuit.
Conſilio æquavit magnum, & gravitate Catonem
Antonius Butrius quanta ſepulchra colit.
MCCCCVIII. XIII. Octobris.

Sed recenti elogio, novis temporibus, decoratus fuit tam egregius Juriſconſultus, ſub porticu Eccleſiæ S. Mariæ Servorum Butrii, quod ita tranſcriptum habemus in Butrienſi Hiſtoria Golinelli. pag. 166.

D. O. M.

Mirare Viator Antonii q. Bertolini legum peritiſſimi effigiem paucis caracteribus delineatam. Hic in Oppido Butrii humilia ſortitus natalia in ſacrorum Canonum interpret. titulum Domini promeritus. Patriam acquiſita nobilitate decoravit. Hic ſimplici cognomento Antonii de Butrio contentus, Florentiæ, de Bononia (non verò Ferrariæ?) *pub. Lect. inter primates Canonum Collegiatos. Inter inſignes Felſinei Fori Conſulentes, inter Cives in ampliſſima forma electos meruit cooptari. Hic poſtquam ſex Libros ſuper lectutis Decretalium, & Conſiliorum Volumen emiſerat, animi divitiis onuſtus, requiem in D. Michaelis ad nemora prope Bononiam optavit. Sed heu cruda Mors! In nemoribus forſan ad inſtar latronum abſcondita, tantum rapuit Virtutis theſaurum, & ibidem IV. non. Octob. Ann. MCCCCVIII. occultavit æternitati. CAROLUS Guidottus Nobilis Patr. Bononienſis. Juvenum Butrienſium incitamento, inſigniſſimi Viri in hoc lapide propriis ſumptibus ſuſcitavit memoriam. Anno MDCLXXIII.*

Hac occaſione novum dicam de Antonio Butrio. Marmorea

Imago Antonii, quæ a capite uſque ad thoracem procedit, & huic elogio ſupereminet anaglyptè ſculpta, hominem demonſtrat barba prolixa ornatum, & capite depilatum, non eſt Antonii Butrij Imago, ſed illa celebris Cælii Calcagnini Ferrarien. quæ collocanda erat ad ſuum tumulum Ferrariæ ſupra hoſtium Bibliotecæ F. F. Prædicatorum S. Dominici, ubi ejus oſſa condita ſunt, nec uſquam in parato loculamento repoſita fuit: donec venundata fuerit [per quem ignorare juvat] cuidam Butrienſi Oppidano, qui in ſæculorum diſtantia confiſus, nuſquam hoc plagium revelari poſſe putavit. Hæc mihi ſerio narravit Jo: Baptiſta Sgargius illius loci municeps, Amicus meus humaniſſimus, & confirmavit F. Carolus Parella in Monaſterio FF. Servorum illius loci degens, uſque ab anno 1709. Quod an veritati innitatur me latet. Certè loculamentum ad ſepulchrum Cælii Calcagnini, uſque nunc vacuum apparet.

Jacobus Gambilioni &c. Illumque in Gymnaſio noſtro docuiſſe credimus: affirmare autem minime audemus. Quid igitur? docuit nec ne? modus iſte ſcribendi Phantaſiam ſapit, non hiſtoriam. Multa obiit munera Gambilionus in Aula Ferrarienſium Principum: Ergo lector fuit in publico Gymnaſio? nego conſequentiam.

pag. 10. *Franciſcus Porcellini*, a Tomaſino *Gymnaſ. Pat.* nuncupatur *Joannes Franciſcus*. l. 2. c. 2.

In margine, hoc loco habetur epocha 1453. quæ non reſpondet proteſtationi per Borſettum factę in præfatione hujus libri, ſe velle ordinem chronologicum ſervare in enunciandis ſingulis lectoribus. In Antonio Butrio notatur annus ejus deceſſus, qui fuit 1408., & pari paſſu pag. 10. annus mortualis Ubaldi qui fuit 1404. demonſtratur. In Porcellino pariter notat annum 1453. Deinceps de Perondolo loquens, ſignat annum 1445. De Mainento 1444., & ſubinde Nicolettum notat ſub anno 1402. Iſte nullo pacto ordo chronologicus nuncupari poteſt, ſed confuſio, & perturbatio ordinis. Inveriſimiliter certè Nicolettus anno 1402. inter Lectores Ferrariæ enumerabatur, cum anteceſſores ſui objerint quinquaginta, plus minus, annos poſt illum. Tomaſinus l. c. Porcellinum floruiſſe ann. 1418. ſatis clarè demonſtrat.

pag. 11. *Scipio Mainenti &c. Antequam Mutinæ Epiſcopatum conſequeretur, quod contigit anno 1436.* Immò 1438. juxta Vedrian. Hiſt. Mut. l. 16. quo anno coactum fuit Concilium Ferrarienſe. Ad id verò, quod ſcribit Borſettus, hunc Epiſcopum, expleto Concilio Florentino, ad Patriam ſuam nempe Mutinam iter inſtituiſſe,

&

& Ferrariam tranſeundo, diem ultimum obiiſſe anno 1444. incomprehenſibile eſt, hoc eveniſſe, nam Concilium Florentinum finem obtinuit die 6. Julii 1439. Interim verò ab anno 1439. ad 1444. ubi nam moram traxit iſte Epiſcopus? Florentiæ? non: hiſtorico dicente = *illuc donec perficeretur conceſſit*: *dum autem re confecta*, *iter Mutinam verſus inſtituiſſet &c.* An Mutinæ? nec quidem: hiſtorico aſſerente = *Ferrariam primò venit*, *ut ſuos inviſeret*. An Viſitatio hæc per quinquennium perduravit? Verè incomprehenſibilis res eſt. Vedrianus in Mutinenſi hiſtoria ſupponit Mainentum Mutinæ degiſſe lib. 16. & 17.

Laurentius Roverella. Adde. Medicinæ operam dedit, fuitque Medicus Pontificius, de quo meminit Mandoſius in libro *de Jatrophyſicis Pontificiis*. Ejus Mauſolæum in D. Georgii ab Ambroſio Mediolanenſe exſculptum fuit. In epitaphio verò a Tito Strozza compoſito, ad verſum nonum, ubi legitur. *Te noverat ferox Germania*, *norat Hyberus* dele illud verbum *noverat*, & dic prout in marmore ſcriptum reperitur: *Te venerata ferox Germania &c.* hujuſmodi mendoſa lectio habetur etiam apud Guarinum f. 393. pag. 12.

Joannes Nicoletti. Adde epitaphium exiſtens in Eccleſia S. Dominici Bononiæ, a Pancirolio f. 229. relatum: eſtque hujuſmodi. pag. 13.

D. M. S. Joannis de Imola Pontificii, *Cæſareique Juris Conſulti oſſa*, *in ſuppoſito Gariſendorum ſepulchro quieſcunt*. *Mimus Gariſendus legum*, *& ipſe interpres Æmiliæ ſua conjugi fecit*.

Joannes Finotti. Superaddendum. Deſeruit ſtudium Bononienſe una cum Scholaribus ſuis, ob macchinationem contra fautores, & factioſos publicæ libertatis, cum quibus eſſe noluerat.

Albertus Carrara)

Jo: Paulus Caſtelli) & quicumque alii Lectores pro quorum teſtimonio afferuntur documenta deſumpta a Bonaventura Angelo *Uomini illuſtri &c.* a Gyraldo Cynthio, *Annali*, *& Memorie*. Ab Ugo Caleſino: *Faſti de' nobili di Corte*. A Joanne Contrario, *Annali*, & a ſimilibus, pro ſuſpectis habendi ſunt, non eo quia tales, & quidem egregii Scriptores allegati nuſquam floruerint, ſed quia talia ſcripta allatis nominibus commentitia ſunt, & imaginaria. Borſettus nimiam fidem præſtitit Theatro Geneologico ſtirpium Ferrarienſium Alphonſi Mareſtæ, qui hoc unum præcipuè ſtuduit in ſcriptis ſuis, ut multa, & penè infinita imponeret, nuſquam, & non niſi in ſua mente exiſtentia, de quibus Conſule librum inſcriptum *L' Antimareſta d' Alberto Penna* apud pag. 13.

B 2 olim

olim Carolum Briſighellam, modo verò apud D. D. de Trottis.
pag. 15. *Bartholomaeus Herculani*. Supplendum. Immo tradunt non nulli ſcriptores, ex relatione Alidoſii l. c. fol. 49. hunc Bartholomaeum veneno ſublatum objiiſſe, ex quo mandatis Ducis Borſii, qui eum Ferrariam ſecundò acciverat, obtemperare recuſaverit. Dies ejus mortualis fuit vigeſimus Maii anni 1469. Ejus oſſa depoſita fuere in D. Dominici Bononiae, non obſtante ſequenti epitaphio in Eccleſia S. Jo: de Monte ejuſdem Civitatis exſculpto. *D. Barth. Herc. Jur. Conſ. Nicolai filio, qui Bononiae magna auditorum frequentia, ac deinde Ferrariae [Borſio Duce] primas tenens ſedes, ſummaque ſui nominis celebritate, Jus Civile docuit. Vita exceſſit MCCCCLXIX.* Fuiſſe hunc Herculanum Faventinum non plenè conſtat. Certè ex Ghirardazio MS. habemus ſub anno 1454. eundem Bartholomaeum Caput Tribunorum Plebis electum.

Ludovicus Sardi &c. Probabile eſt egiſſe etiam in Patria ſua &c. Infelix argumentum, & conjectura nihil probans.

1442. *Joannes Antonius della Torre &c. Tunc temporis &c.* Addendum
pag. 17. erat: nempe ab anno uſque 1439. Vedrian. ad an. 1445. Caeterum minimè credibile eſt, Joannem Antonium hunc moderatorem fuiſſe acceitum eodem tempore, quo Epiſcopatum ſuſtinebat, non enim conveniunt iſta duo munera, praecipue in locis diſtantibus pro utroque miniſterio. Annus 1444. immutandus eſt in 1445. juxta Vedrian. l. c. die 10. Januarii, titulo non electionis, ſed permutationis.

pag. 18. *Martinus Libanori &c.* Animadvertendum, de hoc ſuppoſito Libanorio, non niſi Libanorium ſcribere, & Antonium Libanorium authorem libri inſcripti *Ferrara d' Oro*, multa de propriae ſtirpis ſplendore ſomniaſſe, & ſcripſiſſe Ferdinando Ughellio *Italiae ſacrae* ſcriptori, quamobrem etiam Martinum hunc creaſſe, ſuſpicari licet. Eccleſia Adrienſis certè quamvis Martinum Epiſcopum inter ſuos Antiſtites recenſeat, nuſquam tamen oſtendere poteſt e Libanoria familia prodiiſſe.

pag. 19. *Guarinus Guarini &c.* De codice Catulliano invento in quodam Horreo neglecto, ab hoc Guarino, in quo inſcriptum eſt epigramma illud, de quo loquitur *Diar. Ital.* T. 12. pag. 364. variae opiniones ſunt. Ego verò Verſum illum, qui tertius eſt

Scilicet a Calamis, tribuit cui Francia nomen &c.

poſſe ſignificare arbitror, Horreum tale extitiſſe in domo cujuſdam Franciſci a Penna Ferrariae, non autem Veronae. Familia enim a Penna in Ferrarienſi Civitate valde antiqua eſt, & conſpicua.

cua. Apud me ſervatur Codex M. S. Epiſtolarum, & Orationum ejuſdem Guarini, in quibus de ejus vita, & actionibus multa relevari poſſunt, & de Nicolai, & Leonelli Eſtenſium laudibus multa ſcribuntur.

Inter opera Guarini *Grammaticam Græcam* enumerat Borſettus, typis datam Veronæ anno 1447. ſed hoc veritati non conſonum duco, nam typographica ars Veronæ primum ſe manifeſtavit anno 1472. *Valturium* excudendo *de Re militari* per Joannem de Verona primum typographum in illa Civitate, nempe 25. annis poſt editam grammaticam Guarini, prout ſupponit Author noſter. Vide Orlandum *de Arte Typogr.* pag. 145. Anno verò antecedenti, nempè 1471. Ferrariæ ars typographia florere cæpit.

Prætereà falſum eſt, Guarinum Vitas Ariſtotelis, Homeri, Platonis, & Evagoræ compoſuiſſe: diſtinguedam eſſe hanc narrationem hoc pacto arbitror. Ariſtotelis, & Platonis Vitas compoſuit: Homeri verò, Evagoræ ex Iſocrate interpretatus eſt.

Hugo Bencius &c. Epitaphium allatum a Borſetto deſumptum eſt *pag. 21.*
ex Papadopolio, & Papadopolius illud tranſcripſit ex Franciſco Svverſio Antuerpienſi in ſuis *ſelectis Chriſtiani Orbis deliciis* f. 276. M. A. Guarinus certè neque illud vidit, neque tranſumpſit, quod utique feciſſet ſi ſuo ævo, nempè in initio ſæculi 1600. vel in fine 500. expoſitum ſtetiſſet oculis per illud antiquiſſimum Templum prætereuntium.

Joannes de Ferraria.	Viri hi omnes, & ſinguli, fue-	
Joannes a Papia.	runt preſtantes, & ſi volumus,	
Vitalis Ragonſe.	ſapientiſſimi in diverſis facultati-	
Vicnanus de Baſſo.	bus, ſed illorum nemini nomen	*pag. 22.*
Franciſcus de Verona.	tribui poteſt Lectoris in Ferra-	
Alexander Bergomenſis.	rienſi Univerſitate, cum nun-	
Franciſcus de Campanea.	quam, nec in eorum operibus nec	
Joannes Bianchini.	in pub. documentis appareant.	

Ad id vero, quod aſſerit Author de authentico Inſtrumento abſo- *pag. 24.*
lutionis a Borſio Eſtenſi ad Blanchini noſtri favorem ſtipulato: utique verum eſt: ſed non authenticè producitur in calce codicis Blanchiniani, cum unicè ſit ex originali tranſcriptum.

Theodorus Gaza &c. Inter edita ejuſdem opera omittitur hoc; *de pag. 25.*
Menſibus Atticis. Græcè. Item poſt tot Epitaphia illud addendum eſt, quod in Scholis Ferrarienſibus nuper depictum fuit, procurante Franciſco Maria Nigriſolio lectore primario; cujus verba ſunt.

D. O. M.

D. O. M.

Theodoro Gazæ Theſſalonicenſi, ingenii acumine, atque fertilitate nemini ſua ætate ſecundo: hujuſce Almi Gymnaſii, in quo Græcas, & Latinas litteras publicè profitebatur, ſub Leonello Eſtenſe Ferrarienſium Principe Moderatori. Viro ſeu Ariſtotelem ex barbarie in latium reductum ſpectes, ſeu Tullium Græciæ adoptatum, de omni Philoſophia optimè merito. Monumentum poni mandarunt Illuſtriſſimi Viri Illuſtriſſimi Sapp. Judex; Moderatores Illuſtriſſimi Magiſtratuſque Sapientes. Anno Domini MDCCVII. die X. Junii.

Vel ſi ullum ex adductis Epitaphiis per Borſettum delendum erat, ſane illud omni ſilentio dignum reputari debuerat Jul. Cæſaris Scaligeri, ultimo loco poſitum, in quo de Urbe Roma male ſentire perhibetur.

pag. 27. *Angelus Gambilioni*. Ejus obitus dies fuit 17. Novembris 1496. juxta diarium Rerum Ferrarienſium incerti auctoris. Guarinus Comp. Hiſt. f. 373. eum tumulatum dicit in S. Andreæ, ubi ſepulchrum Jacobi Patris ejus, qui familiam Gambilionum Ferrariam tranſtulit, videri ſcribit: ſed errat vel in anno, vel in perſona.

pag. 28. *Antonius Torquato &c.* Verius *de Arquato*, qui fuit Aſtrologus ſua tempeſtate celebris, de quo multa cum laude loquitur Cæl. Calcagninus lib. 16. epiſt. 3. Jo. Bapt. Egnario. Inter vivos enumerabatur anno 1480. tunc quando ſcripſit, ac typis mandavit = *Pronoſtico divino fatto dello anno 1480. al Sereniſſimo Re d'Ungaria, delle coſe, che ſuccederanno fra i Turchi, ed i Criſtiani, et della revoluzione delli ſtati de Italia, & renovazione della Chieſa per tutto l'anno 1538. coſa mirabiliſſima*. Locus editionis latet. Iſte Antonius verò inter lectores Ferrarienſis Univerſitatis nuſquam cooptatus fuit, nec Borſetti probabilitas valet ad hoc probandum. Fuit tamen magiſtri nomine decoratus, quod nomen æquivalet Doctoris nomini, ac titulo. De Arquato item alter Medicus celebris Ferrariæ extiterat annis 1444. nomine Peregrinus, qui pro fundatione magni Noſocomii S. Annæ ſuas erogaverat facultates, prout ex Guarino habemus f. 210.

Bar-

Bartholomeus de Saliceto. Fuit alter ab antiquo Bartholomęo. De hoc mentio eſt apud Alidoſium de doct. J. V. fol. 51. poniturque ſub anno 1483., & fuiſſe Concilii Lateranenſis Secretarium aſſeritur ſub Julio II., & Leone X. Pontificibus. pag. 29.

Alexander Tartagnus Imolenſis. Ejus ſepulcrum verè glorioſum eſt, atque hoc Epitaphio illuſtratur. *Alexandro Tartagno Imolenſi legum veriſſimo, ac fideliſſimo interpreti. Q. V. Ann. LIII. Filii Pientiſſ. P. Opt. B. M. Poſ. Obiit Anno MCCCCLXXVII.*

Nova inſcriptione etiam decoratum fuit hoc ſepulchrum poſtremis elapſis annis, occaſione magnæ reſtaurationis Templi S. Dominici, ſervato tamen antiquo Epitaphio. Verba recentioris Inſcriptionis ſunt.

. . . .

Hercules Bonacoſſa. Ejus ſcripta fuſius recenſentur in Bibliotheca medica Paſchalis Galli, & in recentiori lexico Caſtello - Brunoniano. Enumerantur etiam nonnulla Italicè ſcripta in diſſertatione Joſephi Lanzoni de Jatrophyſicis Ferrarien. Inſuper Alidoſius in libro doctorum Bononien. Philoſophiæ, & Medicinæ fol. 52. de hoc Bonacoſſio refert hæc. *Hercules fil. Gentilis Bonacoſſii de Ferraria anno* 1520. *Civis Bononienſis creatus fuit*. Logicæ *lector extitit extraordinarius. Item Practica extraordinariùs, & Chirurgiæ, & Medicinæ Ordinarius uſque ad annum* 1578., *in quo obiit die* 26. *Januarii*. pag. 30.

Joannes Valla Ferrarienſis. Rectius Placentinus, utpotè gentilis Georgii Vallæ, qui eidem miſit, & dicavit interpretationem a ſe factam Circularis inſpectionis Meteororum Authore Cleomede, illum appellando *Gentilem ſuum clariſſimum J. Conſultum, & ducis Ferrariæ purpuratum, ac prælectum judiciorum arbitrum*. Igitur Valla non a Valle illi cognomen eſt, quod & Burſettus ipſe affirmaſſe non meminit tunc, cum in primo Volumine Operis hujus fol. 197. hunc eundem Vallam in teſtem inducit favore B. Luciæ de Narnia, & pro Stigmatibus in illius corpore impreſſis. De illius truculenta morte ſatis conſtat in libro, in quo deſcribuntur omnes, qui morti damnati ſunt Ferrariæ ab anno 1441. uſque ad hæc tempora. Ibi legimus *Adì* 25. *Zenaro* 1512. *dui Fratelli. Uno Zampiero; l' altro Zoane Andrea de Melon forno dechapitati per aver morto M. Zohanne Valla Sindico in palazzo, e fu ſepelido in le Suore de S. Antonio*. pag. 31.

Socinus Bencius &c. Alidoſius l. c. fol. 169. refert, hunc ab anno 1443. uſque ad annum 1445. Bononiæ legiſſe facultatem medicam. Multa inſuper ſcripſit, inter quæ opus *de Somnio* ad Annam Principem Eſtenſem, ubi de felicitate philoſophica diſſerit; eſtque apud me. pag. 32.

Digitized by Google

me. MS. Alterum Socinum, ſeu Soncinum, refert Borſettus in hac ſecunda parte fol. 130. ſed recentiorem, interquos an diſcrimen aliquod intercedat fides ſit penes authorem: certe in annis diſparitas non levis intercedit. Sed an Socinus junior fuerit Socini ſenioris filius valde eſt ambigendum, nec non an Ugonis fuerit nepos: nihil enim de hujuſmodi affinitate loquitur Lilius Gyraldus in Syntagm. XV. Hiſtoriæ Deorum Ugoni dicatæ, quę Hiſtoria Deorum in *Opus de Natura Deorum* a Borſetto tranſmutatur, cum fortaſſe in mente haberet Opus Ciceronianum *de Natura Deorum*.

Joannes Minorita. Communiter Minorita iſte pro Joanne de Canalibus intelligitur apud Authores, qui illum præcipuè ab opere hiſtorico commendant, inſcriptum. *D. Borſio Duci Illuſtriſſimo Jo: Ferrarienſis Ord. Min. Theologi clariſs. ex libris Annalium illuſt. Familia Marchionum Eſtenſium excerpta feliciter incipiunt &c. MS.*

pag. 35. *Andreas Barbazza*. De hoc Juriſconſulto ſatis diverſa narrat Alidoſius l. c. pag. 11. nec in toto contextu Ferrariæ docuiſſe mentio ulla habetur. Ait itaque Alidoſius. *Andrea d' Antonio di Bartolommeo detto Barbazza da Meſſina di Sicilia 1439. addì 14. Ottobre. fu addottorato in Canonica dal Collegio de' Dottori di Bologna, e nel privilegio d' eſſo dottorato è nominato per letteratiſſimo, egregio, e nobiliſſimo Uomo di Meſſina. L'anno 1442. a' 15. Settembre fu fatto Cittadino Bologneſe con tutti li ſuoi figliuoli, e deſcendenti, ed eſente con tutti i privilegj de' Cittadini, ed ammeſſo a onori, e magiſtrati d' Anziano, Confaloniero, e Vicario, e Podeſtà di Caſtelli delle Città, e Diſtretto, e che poteſs' eſſer giudice deputato, ed eletto nelle cauſe d' appellazione, e generalmente in tutte le dignità, preminenze, ed onori della Città, come Cittadino d' origine propria &c.*

pag. 36. *Petrus Philippus Corneo &c.* Diſcipulus Jo: Petrucci Sperelli: melius, Monteſperelli: *Criſpolt. Peruſ. Auguſt.* l. 3. Sixti Summi Pontificis, nempè Sixti IV. Objit Corneus anno 1462. Peruſiæ. *Criſpolt.* l. c.

Joannes Auriſpa. Hujus ſcriptoris extat Opuſculum Italicè ſcriptum, & quidem perfectiſſimo Idiomate, cujus titulus = *Quiſtione tra Annibale, Aleſſandro, e Scipione moſſa avanti al Re Minoii tradotta dal Greco*. Servatur apud me. Auriſpe Epiſtolam ſcriptam habemus in collectaneis Barzizzi.

Gilfredus Cavalli Veronenſis. Adde Nuncupatus Verna, ut in ſcriptis Aloyſii Cavalli ejus filii reperitur. Gilfredi filius fuit Aloyſius, ſeu Ludovicus, & ipſe Doctor egregius prout patet in Inſcriptione in Cathedralem Ferrariæ exiſtente, cujus verba ſunt.

Hanc

Hanc Cappellam Conceptionis Immaculatæ Virginis fieri fecit, & dotavit egregius Doctor D. Ludovicus de Caballis de Verona, de contrata Burgi novi pro ſe, & ſuis hæredibus. Rector verò D. Antonius Perondello de Perondellis MD. X. Xbris.

Laurentius Ochi, ſive dall' Oca. [*liquido enim non conſtat*] Nec liquido, nec illiquido: nullam enim probationem habemus, neque teſtimonium de ejus magiſterio in Univerſitate Ferrarienſi. pag. 37.

Ludovicus Carboni. Verè fuit Vir ſuo ævo commendatiſſimus: ſed ut plurimùm Grammatici nomine contentus. Ejus extant plurima carmina manuſcripta apud varios litteratos. Item ſoluta oratione ſcripſit *Dialogum de Neapolitana profectione* ad D. Ferdinandum Siciliæ Regem. Duæ præcedunt Epiſtolæ: ad Regem prima: ad Paulum Marcheſium altera inſcripta. Dialogi more omnia ſcripta ſunt inter Carbonem, Paulum Marcheſium, & Manfredum Maldentem: deſcribuntque iter Eleonoræ Aragoniæ, Herculis I. Ducis Ferrariæ Sponſæ. Extat MS. apud me. Item extat *Codex Virgilianus* cum explanationibus Mauri Servii a Ludovico Carbono recognitus in domo ſua Urbana 1479. de Menſe Majo. Alidoſius d. l. f. 128. Ludovicum Carbonem inter Lectores Rhetoricæ, & Poeſeos Bononienſis Univerſitatis enumerat anno 1465. *Orationes* adornatæ Card. Beſſarionis duæ fuerunt, non una. Sed Liber *de elocutione Oratoria*, quem Borſettus Ludovico Carbono Ferrarienſi tribuit, reſtituendus eſt Ludovico Carbono de Coſtaciaro, qui ſæculo XVI. prope finem vivebat, & plura de arte Oratoria opuſcula optimè ſcripſit. pag. 38.

Pandulphus Collenuccius. Haud temerè, ſed abſque ulla ratione inter Lectores Ferrarienſis Univerſitatis deſcribitur: quod etiam valet pro Columbino Columbo Mutinenſi ſubſequenti, de quo vide animadverſiones noſtras ad Partem primam hujus Hiſtoriæ f. Borſettano 77. pag. 39.

Petrus Franciſcus Ravennas. Hic omninò, & abſque ulla controverſia idem eſt ac *Petrus Tomai* ſupra deſcriptus ad fol. 37. Hiſtoriæ Borſettanæ. Operum ſcriptorum coincidentiâ hoc facillimè probatur, nec non ab ætate, in qua floruit clariſſimè apparet, nec in dubium revocandum venit, quamvis annus mortualis non concordet: ſed illorum unus fortaſſe commentitius eſt, & ſuppoſitus. Vide Rubeum Hiſt. Rav. l. 7. in fine. pag. 40.

Baptiſta Guarinus. Tanti Viri nimis compendioſa mentio eſt pag. 41.

apud Borſettum. Saltem meliora ſupplenda erant loco decantatæ Elegiæ, quæ de Guarino vel nulla, vel pauca dicit, nec niſi ea, quæ ad ædificium ſuum, & ad ſupellectilis ſuæ tenuitatem ſpectant. Supplendum igitur arbitrarer tali pacto.

Baptiſta Guarinus Guarini Patris veſtigia ſequutus, Græcis, & Latinis litteris operam dedit, nec non Juriſprudentiæ rudimentis. In ſoluta oratione, & verſu inſignis evaſit. Paternas dignitates emulatus, ipſe de ſe hæc ſcripſit in quadam elegia ad maledicum quemdam.

Quod ſi te nequeunt aliorum fata monere,
Fortunæque meæ rumperis invidia:
Quod mandata Ducis Borſi legatus obivi,
Qua ſecat Andegavum cerulus arva Liger:
Hic ubi me Arctoo celeberrimus orbe Renatus
Conſiliis Regni ſanxit adeſſe ſui:
Quod me ſecretas voluit prœnoſſe tabellas
Alphonſus, Soboles Hercule digna Patre.
Ingenio præſtans Alphonſus, & indole rara,
Cui natura parens optima quæque dedit.
Quod mea pura fides, pietaſque, & cura pudorque
Pinguia ab Eſtenſi Rura tulere domo.
Hic ubi tartarees Mellaria fertilis undis,
Et Phaetonteo clauditur Eridano.
Et prope Pontificis Bellini templa novales,
Qui formidatas numine ſanat aquas:
Aut ſi te cruciat noſtro per plurima ductu
Aonidum pubes dulcia ſigna colit.
Quod mihi Muſa dedit vario pede, jungere verſus,
Et lingua numeris liberiore loqui:
Perge precor &c.

Ab hac elegia deſumuntur viciſſitudines Guarini. Ex altera verò ad Hieronymum Caſtellum Medicum habetur hoc ſui ipſius Epitaphium.

Hic Baptiſta jacet, Patris qui exempla ſequutus,
Pieria docuit ſcandere in Aſtra via.
Quiſquis amat Muſas, & Bacchum, & Apollinis artes,
Hic dicat: Vatis molliter umbra cubet.

pag. 46. *Felinus Sandeus.* Plura etiam dicenda erant de hoc celebri Juriſconſulto: ſaltem obitus dies adnotandus erat, qui fuit non 15. Kal. Sept. 1503. ſed die 24. Martii, ut apud Lucenſes Scrip-

tores

tores notum comperii. Scripſit item opus *Epitome de Regn. Apuliæ*. Quod manuſcriptum a Borſetto nuncupatur, ſed jam typis cuſum eſt in Civitate Hannoviæ apud VVechel, ut notat Voſſius de Hiſtoricis latinis l. 3. p. *661*.

Georgius Valla. Hunc Ferrariæ litteris incubuiſſe ſatis probatum habemus: ibi verò Cathedram Magiſtralem aſcendiſſe non liquet ex adductis per Borſettum. *pag.* 47.

Petrus Bonus Avogari. F. Leander Alberti in Italiæ deſcriptione, Bonum hunc Poetam Lyricum, & Borſio Duci Ferrariæ apprimè charum teſtatur. Ejus Imago in gazophilaciis Antiquariorum ſervatur æreo in numiſmate ſculpta per Sperandeum Mantuanum.

Hippolytus Bonacoſſa. Abſque dubio Hippolytus iſte, de quo in libro carminum Italicorum Poetarum mentio eſt, non idem fuit ac ille Hippolytus, de quo in hoc loco Borſettus. Recentior vixerat poſterioribus annis, & tempore Benedicti Varchii. Si enim Legalia ſcripta diverſorum Juriſconſultorum [monente Libanorio] collegit, addiditque Volumini quarto Conſiliorum Jo: Mariæ Riminaldi, hoc volumen typis vulgatum fuit [per eundem Libanorium t. 4. f. 154.] anno 1579. Igitur poſterior ævo fuit Hippolytus iſte; ex quo duos fuiſſe Hippolytos Bonacoſſios ſuſpicandum venit. *pag.* 48.

Franciſcus Mareſcalchius. Nimium probabiliter præſumitur Mareſcalchius iſte in Ferrarienſi Gymnaſio Lector. Omnia jura clamant docuiſſe Bononiæ, in qua Civitate viget nobilis familia illorum de Mareſcottis, quæ plures habuit Philoſophos, & Juriſconſultos. Hujus viri mentio eſt in epiſtolis Marſilii Ficini, & Poggii. *pag.* 49.

Guillelmus de Vignola. Non ſatis probatur hunc Guillelmum Lectorem in Univerſitate fuiſſe, neque ſubſequentes *Eganum Florinum*, & *Jacobum Magnettum*, quos unicè ad medendum conduxerat Civitas.

Antonius Thebaldeus. Nullum documentum habemus Thebaldeum Legum Doctorem fuiſſe. Unicè in carminum collectaneis Cœſaris Torti de Aſculo anno 1490. compactis, Thebaldeus Poeta lauro inſignitus enunciatur. Obiit Romæ 1537. In Ducali Cancellaria Ferrariæ unus fuit ex Officialibus, prout ex variis ejus Epiſtolis apud me ſervatis apparet. Fuiſſe hunc unum ex interlocutoribus in dialogo de vulgari lingua Pierii Valeriani conſtat ex Fontanino Eloq. Ital. in editione 1736.

pag. 52. *Vincentius Paleottus*. De hoc Alidoſius l. c. ait f. 226. *Vincenzo di Bonaventura a' 15. Gennajo 1448. era nel Collegio de' Giudici nel civile. Fu Oratore al Sommo Pontefice per il Re d' Inghilterra: è nominato nella memoria ch' è ſotto Aleſſandro ſuo figliuolo. Ha in ſtampa. De Dote, & alcune Repetizioni, & addizioni alle letture di Bartolo, e molte ſue opere MS. ſi vedono preſſo alla ſua famiglia, & ad altre: Morì l' anno 1498. a' 24. Ottobre, e fu portato da otto ſuoi figlj alla ſepoltura nella Chieſa di S. Giacomo Maggiore.*

Impoſterùm Borſettana hiſtoria pleno lumine, nec prout uſque modò obumbrato, procedet, in gratiam Rotulorum, qui haberi incipiunt in libris Rationum publicarum, vulgò *Memoriali* Communis Ferrariæ. Quapropter ſperandum eſt, pauca remanere ſupplenda. Rem itaque probabit eventus.

pag. 53. *Albertus Trottus*. Præter Tractatum *de Perfecto Clerico*, ſcripſerat ante annos 1473. *de Privilegiis, & immunitatibus Clericorum: & quot, ac quibus amittantur modis*; ut ipſe Albertus teſtatur in fine operis *de perfecto Clerico*.

Ludovicus Pauluccius. Iſte inter primos fuit, qui nobilem familiam de Pauluciis, e Forolivio Ferrariam tranſtulit, firmavit, propagavitque, ut ex illius Teſtamento rog. Jacobo de Vincentiis Not. anno 1484. die 3. Junii apparet, quod Teſtamentum authenticum penes D. Hieronymum Pauluccium ex eadem ſtirpe procedentem ſervabatur Ferrariæ.

pag. 59. *Joannes Franciſcus Sandeus*. Non fortaſſe, ſed procul dubiò, Joannes Franciſcus Frater germanus fuit Felini Sandei, ut ex elegia Antonii Thebaldei Manuſcripta apud me *de Infelicitate domus Sandeæ, cui in decendio, undecim ramos cum ſtipite dira peſtis humi poſuit in exordio belli Veneti*, clariſſimè apparet; ubi hæc duo carmina leguntur.

Te quoque Felini Frater Franciſce Joannes,
Suſtulit atra lues: parcere nec placuit.

Quæ elegia authographa multipliciter differt ab illa, quam poſtea idem Poeta typis edidit in calce libri carminum Italorum Ludovici Sandei.

pag. 60. *Joannes de Ferraria Ord. Præd.* De hoc eximio Viro majora erant dicenda, quæ omnia diligenter referuntur ab Andrea Rovetta in Bibliotheca Chronologica Ordinis Prædicatorum pag. 99. ubi hæc leguntur. *Eodem pariter anno 1514. in Civitate Ferrarienſi floruit F. Joannes de Ferraria, ibi adverſus hæreticam pra-*

vitatem

vitatem Inquiſitor Apoſtolicus, de cujus zelo, atque doctrina ſic legitur. Fuit Joannes Eccleſiæ Romanæ gratus, verboque, & ſcripto famoſus. Hiſtorias majorum temporum, etiam Ethnicas in promptu habens. Hæc Olmeda in Vita Vincentii Baldelli magiſtri ordinis, & licet non exprimat quæ ſcripſerit, liquet tamen, quod plura laude digna ſcripſerit.

Nicolaus Leonicenus. Nulla hìc neceſſitas aderat, epiſtolam illam Leonis Papæ X. recudendi, quæ jam in prima Operis hujus parte per extenſum relata fuerat pag. 153. Melius erat epiſtolam Cœlii Rhodigini Leoniceno inſcriptam, quæ in fronte libri V. ejus operum proſtat, referre, ubi notatur Leonicenus titulo eminentiſſimo, & ubi magiſter Cœlii in morali philoſophia prædicatur. Melius Epiſtolam Paccii tranſcribere, quæ in prolegomenis Ariſtotelicæ Poeſeos, cum commentariis Madii adnotatur, in qua plura laudabilia de Leoniceno leguntur: melius tandem epiſtolas mutuas Angeli Politiani, & Leoniceni integras, quæ in libro ſecundo ejuſdem Politiani perleguntur, commemorare in quibus ſtudia, & quæſtiones litterariæ tantorum virorum apparent. Denique expoſito epitaphio Leoniceniano, hoc erat ſubjungendum, nempè fuiſſe hoc ſepulchrum deſtructum, anno 1700., & deperditum omnem lapidem unà cum veteri epitaphio, quod poſtea anno 1710. Franciſco Maria Nigriſolio curante, reſtitutum fuit in publicis ſcholis, ſed nulla perpetuitate quæſita, nam in pariete pictum, non autem duro marmore exſculptum. Sic tandem erat in fatis, ut quemadmodum oſſa, & cineres tanti Viri, quamvis in marmoreo ſepulchro clauſi, atque in alto pariete collocati, penè omninò ad nihilum redacti reperirentur, ita quoque ejuſdem nomen marmore inciſum periret. Re vera tunc cum die 20. Aprilis anni ejuſdem, archa jam per tot annos obſervata aperiretur, non niſi doctarale birrettum ex ſpoliis ſuis, & mandibula inferior, nec non ſtinchus unicus apparuit: cætera conſumpta remanſere, & communi oblivionis ingluvie labefactata. Hoc unum de maxilla inferiori notandum venit, præſepiola, in quibus dentes, clavorum more infixi hærere ſolent, longa 96. annorum ætate [ad hanc enim ætatem pervenerat Leonicenus] oblitterata remanſiſſe, neque veſtigium ullum ſervaſſe cavitatis, demptis inciſoriis, ac ambobus maxillariis, ubi loca, ac præſepiola latè obſervabantur: quas exuvias unà cum Birretto cautè abripuit Nicolaus Baruffaldus, ad illas, decenti capſula, in ſuo Muſæo, in tanti Viri memoriæ argumentum ſervanda, Inſu-

pag. 60.

pag. 63. Inſuper Elegia Leoniceni, quæ ad pag. 63. tranſcribitur, & per quam tantus Vir, rei domeſticæ ſatis inops demonſtratur, omitti poterat, nihil enim decoris illi tribuit, cum tanta qua fulgebat ſapientia, adeò exiguum patrimonium comparare valuerit.

pag. 64. *Ludovicus Bolognini.* Non a ſolo Pancirolio deſumendum erat elogium Ludovici Bolognini: majora, & præclariora de eodem narrat Alidoſius Bononienſis in cathalogo D. D. l. l. pag. 158., & nuper Alexander Machiavellus item Bononienſis Advocatus in littera apologetica ad Angelum Calogierà Monachum Camalduleſem in decimoſexto Opuſculorum ſcientificorum Volumine pag. 290. Ibi verè narrantur per extenſum preclariora geſta tanti J. Conſulti, quæ verè nobilem, & egregium Virum fuiſſe probant: inter quæ, eumdem in Univerſitate Ferrarienſi legiſſe notatur. Ejus epitaphium Bononiæ in D. Dominici publicè apparet, cujus verba ſunt hæc.

Ludovico Bolognino Jur. Conſ. ac Equ. qui cum Bononiæ, Ferrariaque Jura interpretatus, & ab Innocentio VIII. Pont. Carolo Gall. VIII. Reg. Ludov. Mar. Sfort. Inſub Duce ad reſpondendum ſibi de Jure aſcitus. Florentiaq. litibus judicandis V. Vir., & Prætor fuiſſe ab Alex. VI. P. Senat. Roman. deſig., & à Julio II. Pont. Quadragintaviratum adeptus, ab eoque Legat. ad Lud. Francorum XII. Reg. Roman. legationem retuliſſet. Bonon. rediens Anno LXI. ætatis MDVIII. Florentia obiit die XIX. Julii.

Joannes Matthæus de Gradibus. Hic omninò erat Mediolanenſis, & eundem in Ferrarienſi Univerſitate legiſſe nullum habemus teſtimonium: ideo abſque ratione *creditur* hic lectorem fuiſſe.

pag. 65. *Ludovicus Valentia.* Item de hoc Ludovico multa perperam referuntur a Borſetto. Melius deſcribuntur ejus merita ab Andrea Rovetta in Bibliotheca Chronologica Ord. Præd. ſub anno 1495. pag. 92. ubi hæc leguntur. *Item eodem anno 1496. floruit in Conventu Bononienſi Fr. Ludovicus Valentia Ferrarien. Fil. Conventus Bononienſis, Vir adeò eruditus, ut ſua ætate parem in Provincia Lombardiæ conferri non potuerit, qui ſiquidem propter egregia ſui merita ad Procuratoris Generalis Ord. munus exercendum,*

ad

ad Urbem vocatus, ibi inter cætera ejus opera ſcripſit &c. Septem ſubinde Scriptores adducuntur qui de *Valentia* ſcribentes nihil prorſus de ejus lectura in Gymnaſio Ferrarienſi loquuntur. Patrocinatio cauſarum, quam Valentia exercuit ad huc adoleſcens, neſcio an integerrimis moribus procederet, ſi hanc provinciam tam citò deſeruit.

Jo: Baptiſta Maſſa Argentanus. Ejus opus manuſcriptum quod apud me ſervatur ita inſcribitur: *Illuſtriſs., ac Excellentiſs. Principi Divo Herculi Eſtenſi Ferrariæ, Mutinæ, Regiique Duci &c. Domino ſuo ſingulariſſimo, Medicorum minimus, Baptiſta* (non Joannes Baptiſta) *Maſſa de Argenta, pro ejus ſervanda ſalute opuſculum edidit de venenis, & morſibus venenoſis in felici Gymnaſio Ferrarien. MCCCCLXXII.* Opus igitur de Venenis latino ſcripſit, non Italico ſermone, nec ſolus libri titulus latino idiomate ſcribitur, ſed totus contextus anno 1472. non 1473. pag. 66.

Joannes Baptiſta Cananus. Non huic Canano, ſed alteri Jo: Baptiſtæ recentiori, & hujus patrueli tribuendum eſt opus illud inſigne, licet parvæ molis = *Muſculorum humani corporis pictarata diſſectio*. Lindenius, & Mangetius non perperam aſſerunt, librum hunc a Jo: Baptiſta Canano conſcriptum, editumque fuiſſe ſed de recentiori Canano intelligunt, nam antiquior obiit ante annos 1556. Junior verò diem ſuum extremum clauſit anno 1578. liber verò editus fuit anno 1572. Borſettus noſter in hoc eodem volumine pag. 156. de altero Baptiſta Canano loquens, ejuſdem libri mentionem facit, non recordatus, ſe alibi id conſcripſiſſe, data opportunitate loquendi de Seniore Canano. pag. 67.

Albertus Bellus. Ideo vir iſte legavit Bibliothecam ſuam Canonicis Capituli Ferrarienſis, quia, & ipſe erat unus ex iiſdem Capitularibus. Prout ſcribit Perinellius in Cathalogo Canonicorum Ferrarienſium ad annum 1480. pag. 67.

Leonellus ab Aſſaſſino. Scilicet Ptolemæus: nam una, & eadem eſt uſque modo hæc familia Ferrariæ quamvis in duos ramos diviſa, quæ originem duxit ab hoc Leonello, cujus filia nomine Stella, mater fuit Borſii I. Ducis, nec non Leonelli Marchionis Ferrariæ, & a Senis proceſſit. pag. 68.

Ludovicus Naſelli. Hujus nobilis Familiæ palatium in Burgo novo Ferrariæ adhuc exiſtit. Olim in faſtigio illius legebantur inſculpta hæc verba. *In perpetuum Naſelle Familia mancipatum.* Hodiæ verò, cum hujuſmodi Palatium acquiſitum fuerit per nobilem familiam de Criſpis, litteræ immutatæ ſunt, dicuntque: pag. 69.

In

In perpetuum Criſporum Familiæ mancipatum. Sed ut ad Borſettum deveniamus. Notantur per ipſum tres Sorores de Naſellis, nempè Hippolyta, Hieronyma, & Antonia, quæ Poeſi operam dederunt, & Virgines adhuc, peſte ſublatæ fuerunt. Melius, & convenientius erat dicere Adoleſcentulæ adhuc: nihil enim damni fuit mori Virginitate ſervata, ſed mori in primo ætatis flore. Inſuper elogium quod de illis Borſettus extare aſſerit, nuſquam inciſum apparet.

pag. 70. *Joannes Maria de Valliſneria*. Floruit hæc Familia Ferrariæ, uſque a ſeculo decimo quarto ſignanter per Galeottum ſtrenuum militem, cujus extabat ſepulchrum in Eccleſia Cathedrali, hoc ſuperpoſito epitaphio:

Hic jacet nobilis, & ſtrenuus Vir
Galeottus de Valiſneria, qui obiit
Anno Domini MCCCCXII. die XX.
Menſis Madii.

pag. 72. *Matthæus Canali*. Hujus Viri, qui diu Romæ vixit, & in magna exiſtimatione fuit apud Innocentium VIII. Sumum Pont. extat *Oratio de Paſſione Domini* Romæ habita coram Pontifice anno circiter 1490. typis edita, ſed abſque loci, & temporis nota.

Carolus Catus. In Geneologia nobilis Familiæ de Catis, quam ſcripſit ſatis diligenter Bonaventura Angelus in Vita Ludovici Cati celebris J. C. Ferrarien., typiſque vulgavit anno 1554. de hoc Carolo nulla mentio eſt: quapropter non ex hac nobili ſtirpe fuiſſe arbitror; neque ad illius preconium applicari debere epigramma illud Lud. Bigi Pictorii.

pag. 74. *Jo: Franciſcus Canalius*. Hujus Viri, & totius Familiæ tumulus ſatis ſplendidè conſtructus extat in Templo S. Andreę propè majus oſtium, ubi legitur epitaphium ſatis amplum.

pag. 75. *Cæſarius Contughi*. Cœſarion inſcribitur iſte Monachus, non *Cæſarius*, nec ullum habemus argumentum fuiſſe de Contugorum ſtirpe, neque Lectorem in publico Gymnaſio.

pag. 76. *Franciſcus Soſena*: ſeu melius Suſina, cujus cognomen, & facultates ad illos de Bojardis pervenere, unde recentiores Bojardi, de Suſina etiam appellantur.

Antonius Franciſcus Dottori. Habeo quod ulterius dicam de Franciſco hocce. Scripſit *Chronicon Univerſale*, quod ab anno 1369.

Digitized by Google

1369. initium ſumit, ac finem habet anno 1511. conſcriptum fuit in Caſtro Guelpho Comitat. Bononien. anno 1515. ſed non completum. In ipſius operis calce hoc habetur memoriale manu propria ejuſdem Franciſci exaratum. *Addi* 19. *Aprile* 1518. *Venni io Franceſco dal Dottore da Bologna exule con li Signori Bentivoglj, e venni alli ſervizi della Illma Mad. Leonora Bentivoglio di Pii gubernatrice dell' Illmo ſer Ghiberto ſuo Nipote, e tutrice, e de tutto 'l ſuo ſtato gubernatrice. Il mio uffizio è di Maſtro di Camera, di Caſa, e Cancelliero, et il ſopradetto di* 19. *arrivai in Saſſuolo, et queſto ſoccorſo venne a tempo, perchè io era come livero, e fruſto per lo lungo eſilio di* 13. *anni.*

De eo loquitur Portenarius Hiſt. Pad. fol. 237. Iſte codex MS. fuerat olim Galeotti Petrati: poſtea de anno 1584. ad manus pervenit Antonii Areoſti; modò verò apud me ſervatur.

Hercules Taſſonus Mutinenſis. Alterum Epitaphium verè in marmore ſculptum de familia hac Mutinenſi, ad diſtinctionem hujuſmodi Familiæ Ferrarienſis, extare vidi in Cænobio F. F. Minorum S. Franciſci, Conventus S. Spiritus Ferrariæ ad oſtium Hortorum, cujus verba tranſcripſi. *pag.* 77.

S. Spectabilis Viri Danielis Taſſoni
de Mutina Ducalis . Camerarii
MDLIIII.

De hoc Hercule, ejuſque Doctrina, & officiis ſcribit Vedrianus in Libro Doctorum Mutinenſium. pag. 90.

Carolus Ruini. Non omittendum erat, huic celebri Juriſconſulto, Cœlium Rhodiginum inſcripſiſſe decimum ſextum librum ſuarum variarum Lectionum, ſatis honorifica præfatione. *pag.* 78.

Antonius Maria Novara) *pag.* 79.
Dominicus Maria Novara) In Muſæo Novarienſi Lazari Auguſtini Cottæ multa habentur de his duobus Novariis, quæ hic referri poterant ſatis clariori methodo, & precipuè plura de Dominico Maria, Copernici diſcipulo. Dixi clariori methodo, eo quia Borſettus ſatis obſcurè loqui videtur, fortaſſe ob cognomina Novariorum, & aliorum, ibi italico modo (de more ſuo) relata. 80.

Joannes Maynardus. Superaddi poterat; Natus Ferrariæ, anno 1462. Inſuper loco epigrammatum Fini, Gyraldi, Calcagnini &c. Quæ nihil addunt tanto viro, tranſcribi poterat nova Inſcrip- *pag.* 80.

Digitized by Google

tio in publicis ſcholis Ferrariæ depicta anno 1707. cujus verba ſunt.

Joanni Manardo Ferrarien. Viro ſua ætate in Galeni Doctrina, & Arabum cenſura eminetiſſimo. Qui medicinam in hoc A. Gymnaſio publicè profeſſus, eandem, & voce, & ſcriptis plurimum illuſtravit. Multa in majeſtate Naturæ abdita, & ab hominibus ignorata, primus oſtendit, atque in diſquiſitionem vocavit. Simplicibus medicamentis proprio reſtituto Nomine, virium poteſtate aſſerta, eruditam attulit claritatem. Tanto igitur viro. Patriæ, & Gymnaſii decori, & ornamento P. P. Illmi Viri Sapp. Jud. Moderatores. Magiſtratusq. Sapientum. Anno MDCCVII. die X. Junii.

Ulterius Borſettus ait, Manardum *Arabicam*, *Caldeaſque linguas calluiſe*. Quod emendandum puto ſic; *Arabicam*, *Caldeamque linguas*, nam, quod ſciam, Caldæa lingua unica eſt.

In epitaphio ad ejus ſepulchrum in clauſtris D. Pauli Ferrariæ inſculpto ſuperaddi poterat. *Die IX.* Hæc enim dies in menſe Martii fuit mortualis Manardo. Pierius Valerianus multa ſcripſit in laudem Manardi tunc cum illi dicavit trigeſimum quintum librum ſuorum Hieroglyphicorum, & VI. C. Calcagnino. Pariter Cinthius Giraldus in libro *Romanzi* Manardum fuiſſe ait medicum Ludovici Arioſti: ſed multiplici remediorum pharagine, ægri ſtomaco nocumentum attuliſſe: ſtomacho enim laborabat Arioſtus.

pag. 82. *Severus Varini Placentinus*. Placentinis illuſtribus relinquendus erat Monachus iſte Severus, qui nihil ad Ferrarienſe Gymnaſium pertinet, quidquid perperam ſcribat Libanorius. Satis enim adoleſcens vitæ monaſticæ ſe dedit. De illo Symon Fornarius in expoſitione Poematis majoris Ludovici Arioſti. C. 46. ſt. 13. hæc ait.

(E'l Monaco Severo) *D. Severo da Firenzuola di Lombardia, Monaco di Ciſtello, e dotto nelle buone lettere, delle quali ne facea profeſſione. Viſſe alcun tempo in corte del Card. Sauli, il quale eſſendo condannato per la congiura contro Leon X. queſto Monaco come conſapevole, ſi fuggì incognito, e ricoverò in Lamagna, dove ultimamente morì.*

pag. 88. *Petrus Bonus Lombardi*. Ad hunc locum non pertinet mentio Petri,

Petri, & Alphonſi Lombardi ſculptorum, eo magis quia jam Borſettus decreverat de Pictoribus, ſculptoribuſque Ferrarienſibus, in calce hujus operis, librum integrum reſervare. Quoad verò opera horum ſculptorum Georgio Vaſario, & Carolo Cæſari Malvaſiæ me remitto, qui res geſtas illorum diligentiſſimè ſcripſerunt.

Franciſcus Braſavola. Non tantùm Philoſophiæ, & medicinæ, ſed etiam Juris utriuſque Doctor fuit, prout ex ejus diplomate apparet Ferrariæ dato Kal. Julii anno 1490. Alia plura de eo ſcripſit Baruffaldus in Comment. Hiſt. de Familia Braſavol. f. 147.

Hieronymus Santi &c. Miratur Borſettus, quomodò mentio hujus egregii medici diligentiam M. Antonii Guarini effugere potuerit. Nos miramur, quomodo epitaphium ibi ſculptum in magno lapide non reportatum fuerit per Borſettum, qui illud Periſtylium, ſeù paruum clauſtrum diligenter inviſit, & loco epitaphii, epigramma Bigi ſubſtituerit. Nos epitaphium integrum reportabimus, a quo magnam laudem huic Hieronymo derivare credimus ſi bene perpendantur inſculpta verba. pag. 88.

Qui gelidum Santus, medicis Hjeronymus herbis
Eripuit, Parcis triſtibus, Hippolytum.
Hic mage Phoebe tua laudandus prole quieſcit.
Sæpius hic vita reddidit, ille ſemel.

MDVIII.

Alexander Bordocchius. Hæc nobilis familia a Marchionne Bordocchio Alexandri Patre, Ferrariam tranſlata fuit hoc eodem tempore; nempè circa annos 1480. Bononiæ prius florebat, prout in Bononienſium rerum Scriptoribus reperitur. Modò Comitis titulo decorata eſt: vivuntquè Co. Brutus, & Franciſcus Eccl: Cath. Ferrariæ Canonicus fratres, quorum prior in Centumvirali Ferrarienſi, & inter 27. primi ordinis locum habet. pag. 88.

Leonellus de Egano Ph. & Med. Doct. Huic inſcripſit *interpretationem Symeonis Sethi de Cibariorum facultate*. Lilius Gyraldus, prout apparet in editione Baſileenſi ann. 1538. pag. 91.

Albertus Maria Valliſnerius. De hoc Carmelita nullum documentum apparet, a quo concludenter deſumi poſſit, eundem fuiſſe in Gymnaſio noſtro Lectorem. Cæteroquin Vir pius, & in ſacra doctrina eximius fuit, quod apparet in opuſculo ſuo italicè ſcripto de Myſteriis Miſſæ, hoc titulo: *Lezioni venti ſopra gli alti, ed ineſtimabili Miſterj della Meſſa, in pubblico lette nella Chieſa di S. Giovanni a Conca. In Milano* 1567. Inſcribitur Carolo pag. 92.

Card. Borromæo, poſtmodum inter Eccleſiæ Dei Sanctos deſcripto. Ubi notandum quod liber iſte prodiit anno 1567. & author anno 1592. Lector in Ferrarienſi Univerſitate a Borſetto deſignatur. Iſta ſeptuagintaquinque annorum diſtantia hujuſmodi aſſertioni maximè nocet.

Ludovicus Bonacciolus. De hoc Bonacciolo Cynthius Gyraldus meliora ſcripſit in libro = *Diſcorſo intorno a quello, che ſi conviene a giovine nobile &c. pag.* 64. ubi Ludovicum laudando de excellentia in texendis epigrammatibus, hoc diſticon affert ab eodem elucubratum.

Vicerat ille alios: hunc vincunt Herculis arma:
Præmia victus habet: victor uterque fuit.

Quæ carmina ab eodem Gyraldo italicæ linguæ donata ſic leguntur.

Quegli già aveva tutti gli altri vinti:
Ma l' arme d'' Ercol' hanno vinto lui.
Al vinto il vincitore il premio dona,
Onde rimangon vincitori entrambi.

pag. 93. *Nicolaus Marius Paniccianus*. Scripſit quoque Poema = *Borgias. Ad Excell. D. Lucretiam Borgiam Ill. Alphonſi Eſtenſis ſponſam*. 1502. quod MS. ſervatur apud me. Obiit die 18. Auguſti 1529. & humatus fuit in veteri Templo S. Spiritus, prout conſtat ex libris ſocietat. Mortis Ferrariæ: ubi notatur ejus cadaveris aſſociatio ad ſepulchrum ſub die, & anno eodem. Hinc M. Ant. Guarinus mendacio convincitur, qui Nicolaum hunc in Eccleſia Parochiali tumulatum tradit.

pag. 96. *Hieronymus Ord. Prædicatorum*. Suſpicandum rationabiliter venit hunc fuiſſe Hieronymum illum Borſellium, de quo miras laudes promit Roveda, & omnes Chroniſtæ Dominicani ſub anno 1494. Sed quamvis in Theologica Cathedra emineret, & Studii generalis Regens haberetur, tamen publicè Ferrariæ non docuit.

pag. 97. *Lactantius Fuſcus*. Lactantius de quo loquitur Arioſtus cant. 46. ſt. 12. non fuit de Familia Fuſca, ſed de Ptolæmæa, ex ſententia Simonis Fornarii in ſua expoſitione ad Majus Poema Areoſti pag. m. 765.

pag. 100. *Franciſcus Legnamini*, ſeu de Lignamine. Hujus Franciſci legitur ſatis vetus epitaphium in Eccleſiæ Cathedralis Ferrariæ Presbyterio, cujus tenor.

Qui

Qui quondam Heſperium Legatus viderat orbem
Hic Baptiſta jacet. Franciſci Antiſtitis illum
Huc illexit amor Fratris, quem Borſia Patrem
Ferraria obſervat. Concordia Præſule mæſta eſt.
Amiſſum civem Urbs Anthenoris inclyta luget.

Franciſcus fuit Ferrarienſis, Baptiſta verò Concordienſis Epiſcopus.

HUC USQUE Prior liber Partis ſecundæ de Ferrarienſis Gymnaſii Hiſtoria, a Borſetto conſcripta, ad annum 1500. epocham ſuam perduxit, omnes, vel ſaltem quamplurimos enumerando Doctores, & Lectores, qui in eodem Gymnaſio Cathedram, ſaltem præſumptivè aſcenderunt: Ego verò, ut muneri a memet aſſumpto ſatisfaciam, nonnullos verè Lectores ſubdam, qui Borſetti diligentiam effugerunt, & omnes ab initio ſcholarum publicarum, uſque ad integrum 1500. annum effloruerunt, nullo tamen per me Chronologico ordine ſervato, quia Rotulorum commoda inſpectio non mihi conceſſa fuit.

Franciſcus Arioſtus. Juriſconſultus, & Philoſophus eximius. 1462.
Raynaldi Filius. Qui annis 1460., & 1462. tempore Borſii Eſtenſis Ferrariæ Ducis I. Prætor fuit Caſtellariani, & Monticuli. Unus fuit, qui in primordiis Gymnaſii Ferrarienſis diſcipulos in utroque Jure erudivit, ac etiam in philoſophicis facultatibus, prout de illo ſcribunt Ludovicus Cattus, & Barnabas Percivallus. Scripſit de Oleo Montis Zibinii, ſeu Petroleo agri Mutinen. ea occaſione, qua in Caſtellariano Præturam agebat. Quod opuſculum Haffniæ primùm, deinde Mutinæ impreſſum extitit anno 1698. Bernardino Ramazzino eximio ætatis ſuæ Medico procurante. Obiit Franciſcus poſt annum 1492. humatuſque fuit in Templo S. Franciſci Ferrariæ, appoſito, multos poſt annos, epitaphio per Ludovicum Arioſtum Pronepotem compoſito.

Hic Franciſcum Areoſtum Uxor, natuſque ſuperſtes,
Nataque confectum compoſuit ſenio.
Quanti vis equitem precii tot, & aſpera vitæ
Emenſum illæſis uſque rogum pedibus.
Qui claram ob probitatem efferri totius Urbis
Singultu, & lacrymis ad tumulum meruit.

Majora de Franciſco Arioſto narrat Libanorius, & quidem ex optimo fonte hauſta, nam tempora, & loca indicat, e quibus ab eo eruta fuere: quæ cum ad rem noſtram Gymnaſticam non faciant

faciant omittenda judico. Hoc unum tantummodò ſubdam, nempe, quotquot à Libanorio conſcripta de' hoc Franciſco Arioſto fuere, comprobata fuiſſe a clariſſimo Viro Antonio Magliabechio, qui ea per epiſtolas Oligero Jacobæo miſſa fecit die 28. Septembris *1690.* prout patet ex Mutinenſi editione.

1385. *Florianus filius Cini de Caſtro S. Petri* Comitatus Bononienſis, de anno 1386. fuit unus ex Collegio Judicum ejuſdem Civitatis in utroque Jure, nec non in numero moderatorum ad tempus, Anno 1417. Legatus ad Civitatem Imolæ pro Rectore ſcholarium Bononienſium: deinde ad ſummum Pontificem Martinum V. Conſtantiæ tunc degentem Concilii cauſa, miſſus pro Patria optimè ſe geſſit, & laudabiliter ideo celeberrimus & eximius Doctor nuncupatus fuit. In Senenſi, & Ferrarienſi Univerſitatibus Lector: ad quam poſteriorem Civitatem miſſus fuit Baptiſta Magnanus Bononienſis diæ *6.* Auguſti 1432. ut Bononiam denuò, & firmiter Florianum revocaret, quod illicò obtinuit. Poſt quæ in Patria obiit, & in Eccleſia S. Dominici humatus fuit hoc appoſito epitaphio.

Juris Conſulti magni
Floriani à Sancto Petro Sepulchrum.
MCCCCLI.
April. diluculò.

Publici Juris fecit Opera hæc = *In Digeſtum, & Conſilia.* Quæ omnia ab Alidoſio relata, deſumpſi ex Cathalogo D. D. in Jure pagg. 78. & 79.

1410. *Gaſpar Coſputius.* Benvenuti Scapuzzi [fortaſſe Coſputii] filius, legum Doctor, & Lector Bononienſis. Ferrariæ per annos multos Legit. Alidoſius d. l. pag. 114. anno verò 1410.

1477. *Nicolaus Favari.* Ferrarienſis, vel juxta alios, Laudenſis, ad notatur ab Alidoſio d. l. pag. 149. anno verò 1477. Lector Logicæ, & Medicinæ, nec non Cirugiæ: poſtremò Praxi medicæ in Univerſitate Bononienſi, ad quam ductus fuit, incubuit: tandem poſt multas paſſas hoſtilitates, non ſine ſanguinis effuſione, in Civitate Ferrariæ, ubi lectionibus magna emulatione vacabat, occubuit; anno 1481. ſepultuſque fuit in Eccleſia Servorum: Illius truculenta mors narratur a Jacobo Merenda in libro Annalium Ferrarienſium ad annum ſupra enunciatum 1481. Ad cujus ſepulchrum hoc Epitaphium conſcriptum fuiſſe refert.

Contra vim mortis nullum medicamen in Hortis.
Nullaque præclarum ſanat Medicina Favarum,

Qui

Qui ſpiritus ventum miſit per vulnera centum;
Nec Perforata curavit vulnera facta.

Circa annos 1488, inter præclariores Scholæ Ferrarienſis Profeſſores locum obtinere debuerat Bernabeus Percivallius Recanatenſis, de quo Bernardinus ejus pronepos, & ipſe ibidem Juris Canonici Lector mentionem fecit, & ſimul præconium in fine Orationis ſeu prælectionis habitæ in hoc Gymnaſio prid. Non. Octob. 1588. & typis evulgatæ, his verbis = *Vos autem Doctores celeberrimi, me externum hominem, jure quaſi quodam poſtliminio redeuntem inter publicos interpretes aggregatum, agro ne feratis animo: Nam ſi hujus inclytæ Civitatis Ferrarienſis almi Gymnaſii annales perſpicietis, Bernabeum Percivallium abavum meum, centum ab hinc annis, Philoſophiam magna cum nominis ſui celebritate, hic publicè docuiſſe cognoſcetis.* 1488.

De ſemetipſo quoque Amatus Luſitanus Medicus ſuo ævo clariſſimus teſtatur hæc, quæ ſuperaddenda ſunt memoriæ Borſettanæ ad pag. 158. ſecundi Tomi, ubi de hocce Amato, ſub nomine *Joannis Rodorici* ſermo eſt, recenſitæ = *ſed ego, relicta Luſitania, ut qui ab hinc decem, & octo annis præſagieram qua nunc eveniſſe audio, regios contempſi honores, & in Antuerpiam me recepi, ubi ſeptennium agi, & inde Illuſtriſſimi Ducis Ferrariæ Herculis II. juſſu Ferrariam veni, ſub cujus clientela ſexennium moratus ſum, ubi quoque publicè artem medicam profeſſi ſumus, & multa a Viris Doctiſſimis in re anathomica, & herbaria didicimus. Comment. in Dioſcor. lib. 1. enarr. 137. pag. mihi 134.* Hoc verè eſt Scholæ, & Univerſitatis Ferrarienſis nomen, & dignitatem amplificare.


Inſuper non ab unica Profeſſorum hujus Gymnaſii præſentia, vel deſtinatione, ſed etiam a remota ſpe, quandoquidem in eodem Cathedram magiſtralem aſcendendi, gloria, & laus Viris eximiis derivata eſt. Habemus Librum Theorematum in Jure Civili, a Julio Scoto Ferrarienſi conſcriptum, & typis Patavinis editum de anno 1566. in quo ipſe author ad Patavini Gymnaſii Moderatores verba faciens, de Ferrarienſi Univerſitate ſic ait = *eadem Therremata ſe in methodum redegiſſe, veritus ne ſi aliquando ad ampliſſimum Ferrarienſium J. C. ordinem accederet, Civilis, Pontificiique juris profeſſoriis inſignibus ornandus, id inter cætera præclariſſimi ordinis illius Sanctiſſima decreta ſervaretur, non admitti debere aliquem ad officium interpretandi, niſi prius leges in compendium contraxiſſet &c.*

Non

Non nulli quoque alii tum Rectores, tum Profeſſores, tum Scholares celebrioris notæ erant adnotandi, qui in Borſetti Voluminibus deſiderantur; & præcipuè Georgius Gemiſtus Plæto Græcus. Thomas Herdout Cardinalis ſub Alexandro VI. Hieronymus Molinus. Franciſcus Caſellatus, Franciſcus Butriſellius Centenſis, & alii, quorum memoria redimenda fuerat. Sed ad Librum II. hujus alterius partis læto animo progrediamur.

LIBRI PRIMI PARTIS SECUNDÆ

FINIS.



AD LIBRUM SECUNDUM

PARTIS SECUNDÆ

HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII

Supplementum, & Animadverſiones.

LUDOVICUS *Teſſira* Luſitanus &c. Optimè con- 1502.
cludebatur elogium hujus Viri duobus illis pag.102.
carminibus Herculis Strozzæ. Elegia, quæ ſequitur inſcripta Danieli Fino, ſupervacanea eſt, cum in ea nihil de munere ſuo legendi in publicis ſcholis habeatur.

Thomas Canani. Incertum eſt, Julium pag.104.
Cananum Cardinalem qui natalem ſuum diem habuit anno 1520, & deceſſit anno 1592. Patruum fuiſſe hujus Thomæ, qui in Ferrarienſibus ſcholis legebat anno 1502. Thomas ille, de quo Loquitur M. A. Guarinus, eſt alter ab eo, qui anno ſupraſcripto cathedram implebat. 1503.

Petrus Nicolaus Caſtellani. Faventinus. Idem prorſus dicendum pag.105.

de Epigrammate hujus Nicolai, Danielo Fino miſſo. Supervacaneum eſt, & inutile, cum nihil de lectionibus, & de Univerſitate mentionem faciat.

Tiberius Bacilieri. Hic laurea philoſophica promeruit ornari
pag.106. Bononiæ anno 1490. Menſe Decembris. Hoc habetur ex Alidoſio D. D. Artiſtarum Cathal. fol. 175. ubi hæc de illo ſuperaddit. *Ha letto Logica, e Filoſofia allo ſtraordinario, & all' ordinario fino al 1503. è ſtato anche Lettore negli Studj di Ferrara, di Padova, di Trevigi, e di Pavia. Fu Eccellentiſſimo Filoſofo, & anche verſato nella Teologia, onde ſcriſſe a PP. Giulio II. voler ſcrivere con facilità in materia di Teologia. E' chiamato Principe de' primi Filoſofi da Franceſco Stupa Medico in una Epiſtola con queſte parole. = Sed hac eſt gloria Tiberi noſtri Philoſophorum primi, & primorum Principis. Morì l' anno 1511. d' Ottobre in Roma e per la morte ſua Franceſco Berti Filoſofo, e Medico compoſe queſti verſi alli Scolari di Pavia.*

Fons Sophiæ fluxit, quem magnus Averrois olim
Radit, & in magno luſtrat Ariſtotele.
Amplificatque ſophos docta ſuper arte ſerendi:
Nil manet intactum: cultius omne docet.
Clarius hoc etiam Tiberius explicat author
Inter ſubtiles gloria prima viros.
Solus, & hic omnes ſuperavit mente Magiſtros
Cui ſoli primus ſic referatur honos.
Uberius nemo penetralia dogmata pandit,
Si legis, & tanto des tua corda viro.
Tiberii toto monumenta legentur in ævo
Illuſtri ſignes quæ nituiſſe nota.
Baſia fer libris, quos tantus prompſerit Author:
Egregio huic ſemper fama ſuperſtes erit.
Rancidulum nihil eſt, quod peſſima turba latratum
Invidia poſſit corripuiſſe ſua.
Omnibus ut radiis toto dimittit olympo
Titan: ſic libris hic dat Ariſtotelis.
Flete omnes Latii Doctores, flete diſerti,
Aſſiduas Ticinum fundito tu lacrymas.
Et ſtudioſa Cohors logices ſuſpiria ab imo
Pectore deducens maxima damna vide.
Doctorum doctor ſuperis ſeceſſit ab oris,
Eliſiiſque locis fatur Ariſtoteli.

Cor.

Corpore diſperiit, meliori parte per orbem
Evolat: & toto ſplendidus orbe micat.
Fama perennis erit totum celebranda per ævum
Tiberi, cui par nullus in orbe ſedet.
Ergo omnes tantum calamis æquate magiſtrum,
Atque animo invicto tollite ad aſtra ducem.

Similiter F. Leander Alberti de Baciliero hæc ait: *Tiberius Bacilerius memoria noſtra, tum ſe, tum patriam eruditiſſime docendo, diſputandoque, in Ticinenſi, ac Patavino Gymnaſio, mirificè nobilitavit.*

Franciſcus Caſtelli. Superaddendum. Hujus viri juſſu, & opibus conſtructum fuit magnificum illud palatium in via nuncupata Angelorum, in quo præ cæteris, eminet Oſtium architectonicè conſtructum anno 1493. ex quo tum palatium, tum via ipſa magnum decus ſuſcipit, ob artis excellentiam. Adeſt ſtemma familiæ de Caſtellis in gradibus marmoreis ad Oſtium portantibus, & in fronte contigui Sacelli verbum illud *Credo* de quo loquitur M. A. Guarinus lib. 3. f. 133. hiſtoriolam, ſeu enigma illud referens. De Franciſco Caſtello autem verba facit fol.238.

Alexander Guarinus. Diſertiori elogio dignus erat iſte eximius Poeta, & Orator, magni illius Baptiſtæ Guarini filius. Superaddam igitur quæ in promptu mihi erunt, tot tantaque carmina reponendo Gyraldi, Bigi, & ipſiuſmet Guarini, quæ ad rem noſtram non pertinere ſatis liquet. Quæcumque Alexander ſcripſit ad normam magni parentis ſui ſcripſit, hoc ſæpè repetens: *Niſi Baptiſta fuiſſet, ego non eſſem*: de ſtudiis non de natura ſua intelligens. Legationes plures ſubivit, in quibus multa perpeſſus, forti animo evaſit. Scripſit expoſitiones *in Catullum. In Propertium. In Plautum.* Item *Carmen de Bello Eſtenſi, & Veneto.* Enigma illud Philippæ Varanæ, de quo multi multa, dubium eſt an opus ſit Alexandri hujus, nam illud idem etiam Camerini extare aſſerit quædam ad notatio in libro Epitaphiorum Franciſci Swertii Antuerpienſis: ad ſepulchrum Philippæ Varanæ. Obiit Alexander valde ſenex, ut ex illius effigie affabre ſculpta in Numiſmate æreo apparet. Dies ejus mortualis fuit prid: Kal. Auguſti 1556. Huic Alexandro ſatis laudabile epigramma gratulatorium ſcripſit Jo: Baptiſta Pigna tenoris ſequentis 1506. pag.107.

Quod nunc Guarine ſis ab Illuſtriſſimo
Principe vocatus ſit ad ejus imperii
Curas, ego quidem gaudeo quamplurimum.
Nam quemadmodum antea ſua tibi credidit

Arcana, nunc tibi ejus ita negotia
Committit, & rectè quidem: quis eſt enim
Quem tu aut fide, aut prudentia non maxime
Vincas? Quis etiam qui magis te Neſtori
Sit comparandus? jam ſatis igitur videns
Te ipſum hiſce meritò auctum eſſe dignitatibus,
Ut debeo, tecum gratulor, tuaſque res
Semper deum optimum locupletiſſimas
Reddere cupio. Vale atque me quod facis ama.

Epitaphium Alexandri Guarini relatum a M. A. Guarino, & a Borſetto hodie amplius non extat, Templo per terræmotu
1507. collapſo.

pag.111. *Lucas Gauricus*. Aſtrologus unicè fuit, non Aſtronomus, Geometra, Chronologus: prout Borſettus refert. Nomine Mathematici inſuper compræhenduntur Aſtronomus, & Geometra. Nullum hujus Authoris opus eum non niſi Aſtrologum fuiſſe demoſtrat. Dici poterat Gauricum cum Peregrino Priſciano de re Aſtrologica contendiſſe, ſed palmam Priſciano re-
1508. portante.

pag.114. *Agathus Cremonenſis*. De hoc Agatho loquitur Ariſius. Crem. lit. ſub anno 1508. ex relatione Hieronymi Baruffaldi.

pag.115. *Cælius Calcagninus*. Hic notandum venit quod dictum eſt alibi de Statua Cœlii, quæ in Terra Butrii ſuppoſita eſt ad Cænotaphium Antonii de Butrio. Erat hic recenſendum Epitaphium Cœlii ab Academia Elevatorum conſcriptum, quodque in libro illius Academiæ apud D. D. Lollios MS. ſervatur, ex quo tempus illius obitus uſquemodo occultum deſumitur, maxima rei hiſtoricæ utilitate. Annus enim 1546. qui a Borſetto fatalis Cœlio adnotatur, perperam aſſertus eſt, pro anno 1541. in quo verè deceſſit, eſt igitur Epitaphium hujuſmodi.

D. O. M. S.

Cœlius Calcagninus eximia integritatis, ſpectataque admodum Frugalitatis Vir. Ingenio, eruditione, abditiſſimarumque rerum peritia, omnium calculis eminentiſſimus. Quom Annum LXII. ætatis ageret, fato functus, indelebilem prorſus Virtutum ſuarum memoriam ſuique ipſius inexplebile deſiderium reliquit poſteris MDXLI. Menſe Aprili.

Non

Non tibi mærentes Muſæ Doctiſſime Cœli
Librorum ingentem conſtituere Pyram.
Ut tua quos inter ſumpſiſti tempora vitæ
In tenues iidem redigerent cineres.

Aliud quoque epitaphium ſcripſit Lilius Giraldus in libro de Poetis relatum; & in Epiſtolis Alberti Lollii Quamvis Canonici gradu fulgeret Cœlius in Cathedrali Ferrarienſi, attamen prioribus annis maritali vinculo adſtrictus præſumi poteſt ex hoc Pignæ Epigrammate ad Herculem Calcagninum Cœlii filium.

Parentis audiere vota cælites
Illuſtris Hercules tui.
En ſpiritu beatiore doctior
In te reſurgit Cœlius.
Vigebat antea viri hujus gloria,
Nunc vivit ipſe ſpiritus
O mortem inanem, ex qua ſecuta Cœlii
Jactura tantum corporis.

Dubium eſt inter Cœlium, & Cupernicum, quorum prior de motu terræ ſententiam divulgaret. Elegia demum, quæ ad pag. 118. a Cœlio, ad Danielem Finum inſcribitur, nulla neceſſitas pag. 118. ſuadebat, ut hoc loco reſcriberetur: nam utique inter Carmina Cœlii edita reperitur pag. 245. editionis Valgriſianæ 1553. Sed melius erat ſi occaſionem captaſſet hujus novæ editionis a varia lectione, quæ inter manuſcriptam, & typis evulgatam elegiam intereſt. Quæ varia lectio multiplex eſt. Sed pluribus in locis potius deturpata, quam emendata dici poteſt a nova editione, prout ex infra adnotandis locis videre eſt.

Verſu 9	*Quem.*	lege	*quod*
10	*Bis ſex hinc decies millibus*		*illud abeſt*
11	*hoſpitie*		*exule.*
12	*Paraſię*		*Parrhaſia*
28	*Quæ*		*Qua*
31	*putent Baſſique*		*patent Reſſequa.*
35	*preſſidium*		*præſidium*
38	*ſubſidiumque*		*Auxiliumque*
44	*Portendat*		*protendat.*
47	*ſuas*		*ſuos*
48	*carpet*		*carpat*
53	*nec*		*non*

70 *ſemi-*

Digitized by Google

70	*ſemiuſta*	*ſe muſta*
75	*cinere*	*canere*
	larga	*large*
	ſomnum	*ſomnos*
76	*fornix*	*furnis*
78	*occupat*	*occupet*
84	*In ſita*	*Inſita*
88	*Qui tabulas urat, qui rate marmor aret.*	
92	*nullas*	*nullus*
95	*tangat*	*tangant*
96	*nunc*	*hoc*
106	*cupido*	*libido*
109	*Cum*	*Quom*
110	*Reſponſum, ut victor catera victus eat.*	
117	*Bacco*	*Baccho*
124	*exurgens*	*exturgens*
125	*Cum*	*quom.*
135	*Magiſtri*	*magiſtros*
139	*Quando Palatinas*	*Quom Palatinus*
141	*viri magni*	*hominis clari*
	arte	*auro*
142	*habitum*	*habitura*
145	*tanta*	*tanta eſt?*
147	*factis mos*	*mos factis*
155	*Quid*	*Quid?*
158	*gingibereque*	*gingiberique*
169	*ingenii*	*ingenui*
174	*trahant*	*trahunt*
175	*his*	*is*

Advertat hoc loco lector, priores lectiones immediatè ſequentes poſt numeros, eſſe illas, quæ in Borſetti libro leguntur: ſecundas verò eſſe Valgriſianas.

Inſuper Cœlius Rhodiginus, Cœlio Calcagnino dicavit vigeſimum ſextum librum ſuarum variarum lectionum, & Pierius Valerianus eidem pariter inſcripſit librum VI. ſuorum Hieroglyphicorum: in quibus epiſtolis multæ de Calcagnino laudes recitantur.

pag.122. *Ludovicus Cœlius Richceri Rhodiginus.* Addamus Epitaphium ipſi Cœlio factum a Cœlio Calcagnino.

Ludo-

Digitized by Google

Ludovicus ille Cœlius Domi, & foris
Græcè latineque omnium doctiſſimus,
Vivet perennis: quodque paucis contigit,
Vixit: ſuaque æternitati interfuit.

Peregrinus Priſcianus. Deleantur verba hæc: *paucis tantummo-* pag.124.
do fragmentis, ad hæc uſque tempora reſervatis: quorum loco hæc
ſubſtituantur. *In Bibliotheca Eſtenſi ſex, vel ſeptem Volumina*
authographa Priſciani hujus ſervantur.

Petrus Pomponatius. Ex Alidoſio non habemus hunc Pom- pag.126.
ponatium legiſſe in Bononienſi Univerſitate. Sed fortaſſe in tan-
ta Doctorum pharagine Alidoſius memoria deceptus fuit.

Ludovicus Catus. Utique Bonaventura Angelus acta ſcripſit pag.128.
Ludovici hujus, ſed non per hoc tam brevi periodo perſtrin-
genda erant ejus geſta, & quidem inſignia. Natus eſt anno 1490.
Bononię ſub Carolo Ruinio legum Studio vacavit. Ferrariæ poſt-
modum laurea inſignitus fuit anno 1516. promovente Franciſ-
co Calcagno. Nupſit Hippolytæ Nigriſoliæ. Cathedram aſcen-
dit in Univerſitate Ferrariæ concurrente Virgilio Silveſtrio. Obiit
tandem die 20. Martii 1553. Auditor cauſarum Fiſcalium, & a
Conſiliis Ducum Ferrariæ. Sepulchri honorem obtinuit in Eccle-
ſia interiori Monialium S. Antonii Abbatis, ut idem Bonaven-
tura ſcribit, non verò prout refert Guarinus, in Eccleſia Fratrum
Servorum. Plura extant de eodem conſcripta Epitaphia, quorum
unum ab Horatio Fuſco compactum tantummodò hiç afferam.

Flere licet: Tumulo Ludovicus clauditur iſto,
Qui dedit ingenio parta tropæa ſuo.
Docta cohors legum merito vultum induit unum,
Nam magnus magno luctus in orbe fuit.

F. Vincentius de Vincentia Ord. Præd. Hujus Theologi copio- 1519.
ſior mentio eſt apud Andream Rovettam in Biblioteca Ord. Præd. pag.130.
f. 119. ſub anno 1544. ideoque prætereundus non erat ſolo
enunciato nomine, quamvis non appareat in Ferrarienſi Univer-
ſitate docuiſſe.

Soncinus Bentius. Propriè Socinus, non verò Soncinus inſcri-
bi debet. De diſcrimine inter hunc, & alium Socinum; vide ad
annum 1450.

Lanfrancus Gypſius Lugienſis. Geſſi nuncupatur a Borſetto. To- 1520.
ta ejus acta ex eleganti Epitaphio ſuo ſepulchrali deſumuntur. pag.131.
Sed majora habentur in prolegomenis ad Gypſii librum *Antipara-*
doxon, ubi Lilii & Cinthii Giraldi carmina in laudem Gypſii
legu-

leguntur, & ſatis latinè elucubrata Epiſtola Jo: Baptiſtæ Fuſchinii Lugienſis. En Carmina Jo: Baptiſtæ Cinthii Gyraldi.

Cum larvis Gypſe, eſt luctari, inceſſere manes,
Nam decus hac nullum prælia ferre valent.
Illi autem vera debentur premia laudis,
Qui vivo, & forti martia bella movet.
Cum tu igitur tentes nunc illi indicere bellum,
Qui quatit Heroa fortia tela manu.
Hoc tibi perpetuum paries certamine nomen
Teque unum, & merito, Fama loquetur anus.

Clarius tamen, & lepidius Lilius Greg. Gyraldus.

Nomen mihi fecere Alethiam Graii,
Sed veritatem Oenotri, utrique de vero
Dixere, Temporiſque filiam utrique.
At ego Minervæ ſum ſoror, Jovis nata
Simulque prodii e capite Patris nuda, &
Inermis, ut palàm viderer a cunctis.
Neu lite, neu contentione, neu Technis
Præſumerer forſan tenere me quiſquam.
Humana ſed me Curioſitas texit
Tot veſtium laciniis forem ut mundo
Occultior, minuſque noſcerer vulgo.
Mox ſcepta labyrinthis latentibus, curuis
Tot flexibus Mæandri & inviis, & tot
Imperuiis anfractibus,
Quin ſepiam offudere plurimi nigram,
Diſſenſiones unde, opinioneſque
Videtis exortas, quibus latet verum,
Ut ego quoque ipſa ſæpe Veritas (nunquam
Quæ ſoleo falli) allucinarier credar,
Adeoquod mihi plerumque quo loco figam
Pedem parum conſtet, latentia ob ſaxa,
Ut cum modo magni duo duces aere
Iniere certamen, noteſcat ut verum.
Hinc Alciatus ille maximus, noſter
Hinc Gypſius, qui junior licet, tela
Vibrat tamen potentior, retorquetque
Iſtus uterque: pugnant admodum cautè,
Victoria a quo ſtet, feratque palmarem
Adoream; parum ut videre quis poſſit.

Hujuſ-

Hujuſmodi Apologo Veritatis explicat Lilius naturam pugnæ inter Alciatum, & Gypſium, qui etiam laudatur a Bartholomæo Riccio in plurimis epiſtolis, & a Hieronymo Bonolo in Lugienſi Hiſtoria.

Antonius Muſa Braſavolus. Integrum Volumen de laudibus hujus eximii Archiatri, & Procerum ejuſdem familiæ ſcripſit Hieronymus Baruffaldus, de quo omninò ſilet Borſettus, licet ab illo quæcumque hic narrat, deſumpſerit. Saltem Inſcriptio illa non certè brevis, quæ in publicis Scholis Ferrariæ extat & quæ Baruffaldo ſcribendi occaſionem præbuit, erat hic referenda. In illa non recenſentur quæ perperam Borſettus refert, nempè Antonium Muſam hunc floruiſſe ſub Hercule, & Alphonſo Ferrariæ Ducibus. Braſavola enim natus eſt anno 1500. Hercules I. Dux obiit anno 1504. (teſte Ricciolio) Tunc Braſavolum floruiſſe dici nequit, in mero quatriennio conſtitutum. Deceſſit poſtea anno 1555. & tunc Hercules II. poſt quadriennium e vivis ſublatus fuit. Verius dixiſſet Borſettus hoc pacto: *Sub Alphonſo I. & Hercule II. Floruit*. Sub Cœlio Calcagnino litteris humanis operam dedit, collegitque ipſe magiſtri ſui carmina, quæ poſtea cum Ludovici Areoſti, & Jo: Baptiſtæ Pignæ evulgavit anno 1553. ipſemet Pigna, ut ipſe in Epiſtola nuncupatoria apertiſſime teſtatur, immò in libro II. ſuorum carminum Ode una laudat Braſavolum. Ad paginam 134. ubi de Vita Chriſti per Braſavolum conſcripta ſermo eſt, adnotandum venit, hoc Volumen MS. extare in Bibliotheca Fratrum Ord. Prædicatorum S. Dominici Ferrariæ. pag. 133.

Jacobus Cagnacinus. Addendum erat epitaphium a Lilio Gregorio Gyraldo de eo ſcriptum, quod eſt. pag. 135.

Hoc ſub marmore conquieſcit ille,
Cujus gloria ubique pervagatur
Cagnacinus, bonos decuſque legum,
Conſultiſſimus utriuſque Juris,
In queis non fuerit ſecundus ulli;
Seu nodos Canonum abditos ſacrorum,
Aut enigmata Juris explicaret,
Seu cauſas ageret bonus forenſes;
Nec doctis alienus a Camænis
Quo Ferraria Cive gloriatur,
Ticinumque dolet frui nequiſſe,
Profeſſor ſtipe, quo vocatus ampla.

 Hic

Hic vitæ tibi norma ſit viator.

Scripſit, præter Conſilia, Oratiunculas duas in Doctoratu Herculis Sadoletti, Card. Jacobi Fratris, & carmina nonnulla ſatis elegantia.

pag. 137. *Hieronymus Cantalupi*. Vir integerrimus, & multa præditus doctrina appellatur ab Alberto Lollio, qui phirimas ei ſcribit Epiſtolas, in libro Epiſtolarum ſuarum MS. apud D. Jo: Andream Barottum ſervato. Borſettus iterum, atque interum carmina Finiana reportare non ceſſat, illa inceſſanter uſque ad nauſeam tranſcribendo, adeo ut nihil advertat ſe; hoc pacto, lectorem ab Hiſtoria Gymnaſtica uſque ad infinitum diſtrahere.

1530. pag. 138. *Nicolinus Bonacciolius*. De Bonacciolio multa cum laude loquitur Jo: Maria Gorettus in præfatione ad librum XVII. lectionum antiquarum Cœlij Rhodigini. Obiit Nicolinus anno 1548. die 23. Septembris cujus oſſa depoſita ſunt in Eccleſia S. Dominici Ferrariæ.

Hippolitus Conſtabili. Adde nuncupatus *il Guarnazza*, prout in libro Officii Bullettarum Ferrariæ adnotatur ſub die 17. Martii 1588. qui fuit hujus medici dies mortualis: ſepultus fuit in Eccleſia S. Mariæ in Vado

Alexander Sardus. Adde Gaſparis filius, natus anno 1500. obiit verò anno 1588. die 28. Martii, ad Sacerdotii honorem aſſumptus. Scripſit præter allegata a Borſetto. *De Rerum inventoribus*. *Diſcorſi*. *Antiquorum Numinum, & Heroum Origines*. MS. apud D. D. Riminaldos. *Dell' Origine dell' Acque Ferrareſi* MS. Hiſtoriæ *Jo: Baptiſtæ Pignæ continuationem*, quorum primum Volumen authographum apud Baruffaldum eſt. Alia in Bibliotheca Eſtenſi Mutinæ ſervantur. Alia opera hiſtorica extant apud D. Marchionem Scipionem Maffeum.

pag. 137. *Lilius Gregorius Gyraldus*. Gratis aſſeritur Lilium Gyraldum lectiones in Univerſitate habuiſſe: Adoleſcens enim orbem peragravit, & in virili ætate morbo detentus, uſque ad extremam ſenectam, in lectulo ſuo cubavit, ibique morte correptus fuit. Operum ejus enumeratio imperfecta eſt, non obſtante inſigni editione Leidenſi facta anno 1695. a qua deſumi poterat completior, licet hec quoque aliquo defectu laboret: non enim continet Interpretationem a Lilio factam *Symeonis Sethi Magiſtri Antiochenì de Cibariorum facultate*. Baſileæ editam anno 1538. gr. lat. atque Leonello Eganio Florino Medico inſigni dicatam. Quod opus antea a Georgio Valla in latinum peſſimè translatum

tum habebatur. Inſuper deſunt in recenſione Borſetti, *Syntagma de Muſis. Herculis Vita. De Re Nautica. De ſepultura, & vario ſepeliendi ritu cum notis Joannis Faes. Kalendarium Romanum, & Græcum, diſputationi de Annis, & Menſibus adnexum.* Ex hac editione verè dignoſcitur quanti faciendus ſit tantus ſcriptor; de quo ſuper omnes diſertiſſimè ſcripſit M. de Thou, & Antonius Teiſſier. Ubi notandum erroneum eſſe id, quod Borſettus advertit, nempe Paulum Jovium in Elogiis Illuſtrium Virorum de hoc Gyraldo mentionem feciſſe. Annus ejus mortualis fuit 1552. referente *Voſſio de Mathemat. cap. 65.* cui non concordat Laurentius Frizzolius, qui falſò Lilium anno 1550. deceſſiſſe tradit. Annus Epitaphii a Borſetto notatur XXII. quando verè inſculpti numeri in lapide notant LXXII. Inter alios illius ſæculi ſcriptores, qui Lilium commendant, Cœlius Calcagninus unus eſt, pluribus endecaſyllabis, & Jo: Baptiſta Pigna his exametris, a quibus ſcripta nonnulla Lilii enumetantur.

Tu tamen aſſidue meditaris quæ tibi nomen
Et vitam poterunt facile præſtare perennem.
Nam modo tu celebras Vates, modo cælicolas, &
Antiquorum omnem hiſtoriam ſub mente revolvis.
Hinc aliqua de re dubii Pyrrhuſque, Phaletuſque,
Et Portus, meritoque vocatus Cynthius, atque
Riccius, Antimachuſque ſenex, & Lollius ad te
Accedunt, nec non aliis te viſere gratum.
Atque viri ſummi tibi ſcribunt undique ſemper &c.

Antonius Maria Cananus. Locus eſt hic obiurgandi morem Borſetti noſtri, ſcribendi cognomina italicè, non latinè. Magna olim fuit quæſtio inter Bartholomæum Riccium, & Sardium, num cognomina in US, vel in JUS ſcribere melius eſset: modò inſtituenda eſſet opportunè quæſtio, num in ſcriptis latinis cognomina latina, vel vulgari terminatione concludere opporteat. Certè uſus ſcribendi italico modo amphibologiam non rarò gignit, prout in iſto loco, ubi ait Borſettus: *Omnia Canano Opera* MSS. Videtur enim Canano caſus dativus, non *genitivus*. Quando *genitivus* eſſe deberet: hujus vitii frequentiſſimus in hoc Opere eſt uſus, uſque ad nauſeam. pag.140.

Seraphinus Jacobellius. Laudatur à Cœlio Calcagnino, qui illi unum epigramma inſcribit occaſione ſuſcepti filii ad fontem baptiſmalem. Pariter Jo: Baptiſta Pigna illum celebrat alio epi- pag.141

 gram-

grammate; ubi quemdam Avem ſatis loquacem commendat: aitque.

Hac Avis tua Jacobelli, docta eſt
Linguis dicere mille quidquid audit.
Nec mirum: tibi proxima eſt perito
Juris, atque ideo omnium actionum,
1590. *Et rerum memori omnium abditarum.* Obijt 1590.

pag. 142. *Cinthius Jo: Baptiſta Gyraldus.* Plura, & quidem recondita, de hoc Gyraldo ſcripſit nuperrimè Jo: Andreas Barotius, eum a male prolatis dicteriis Juſti Fontanini vindicando, unà cum variis Ferrarienſibus ſcriptoribus. Ibi preciſè locus, & dies mortis, & ſepulturę ejus ex publico libro deſumuntur, ex quo omnes alii ſcriptores errore liberantur circa annum ejus obitus, qui fuit 1573. die 30. Decembris, & circa locum ſepulturæ, qui fuit in Eccleſia S. Dominici Ferrariæ. Sed hæc utpotè revelata poſt editionem Hiſtoriæ Gymnaſticæ, Borſetto innoteſcere nequibant: illi tamen innoteſcere debuerat Cinthium non fuiſſe conſanguineum Lilii Gregorii Gyraldi, ſed gentilem, prout ipſe teſtatur in principio Epiſtolæ nuncupatoriæ libri *de Ferraria & Ateſtinis principibus*, ubi ait = *Lilius Gregorius Gyraldus gentilis meus &c.* Apud Herculem Joanninum in ejus libro = *Il Petrarchiſta* f. m. 36. invaluit Opinio, Cinthium Gyraldum miſerrimè obiiſſe, & Medicorum Collegii expenſis, cui fuerat adſcriptus, tumulatum. Præter enarrata opera ſcripſit = *Gli Eudemoni Commedia*, quæ apud D. Baruffaldum authographa ſervatur: Inſuper *Judicium Canacis Tragediæ Speronis Speronii*: Demum *Epiſtolam* Bernardo Taxo inſriptam anno 1553. in qua de *Hercule* poemate ab eo compoſito judicium poſtulat. Quæ omnia apud eundem D. Baruffaldum coſtodiuntur. Item *Commedia Paſtorale* a Leone Alatio relata in Drammaturgia f. 597.

1583. *Hippolytus ab Oleo.* Alias Lollio. Frater germanus fuit Al-
pag. 144. berti Lollii, de quo, ſuo loco dicendum, nam primùm cognomen hujus familiæ fuerat *Ab Oleo*, prout in Annalibus Bernardini Zambotti habemus.

Ludovicus Pellizzarius Mutinenſis. Alii legunt, *Pelliparius* & ità ſemper Albertus Lollius in ſuis Epiſtolis, inter quas vigeſima ſexta libri primi ita inſcribitur. *Albertus Lollius Ludovico Pellipario Ferrarienſis Gymnaſii moderatori. S. D.* ex quo apparet, hunc Ludovicum fuiſſe Gymnaſii Ferrarienſis moderatorem, de qua dignitate nihil habemus apud Borſettum.

Mar-

Marcus Antonius Antimacus Mantuanus. Præceptor fuit clariſ- pag.145.
ſimi Alberti Lollii, qui illi non nullas inſcribit epiſtolas. Eidem pariter lepidum epigramma inſcripſit Cœlius Calcagninus. De obitu, & funere Antimachi multa adnotavit Laurentius Frizzolius. Prætereà habemus ex epitaphio per Borſettum tranſcripto, M. Antonium hunc per annos XX. linguam græcam in Univerſitate Ferrarienſi legiſſe: ergò ſi hujus lecturæ initium ſumpſit ab anno 1533. in ea perduravit uſque ad annum 1553. quomodo igitur uſque tantùm ad annos 1545. in hac lectione permanſit? fortaſſe per ſeptem annorum ſpatium a lectione ceſſaverat? Prima adnotatio hæc eſt, in qua Borſettus lecturæ durationem commemoraverit, & a veritate aberravit. Nomine Antimachi tres fuerunt clari Poetæ apud antiquos, de quibus loquitur Gyrald. Lil. in Poet. Hiſt. dial. 3.

Joannes Sinapius de Sinapio, ejusque nuptiis cum Franciſca pag.150.
Bucyronia Galla habetur perpulchrum Epithalamium Cinthii Gyraldi. Sed majores laudes illi impertitur Jo: Baptiſta Pigna Filiabus Herculis II. Ducis ſcribens, his carminibus.

Vos eloquentiæ Pater Sinapius
Et Phœbi alumnus inſtruit
Virtute Regum comprobandis cultibus,
Choroque ſacro Virginum.

Alibi etiam Sinapius nuncupatur a Pigna *Flos Germaniæ*.

Joannes Maria Mainardus. Delendum eſt hoc nomen, nam 1536. idem eſt ac jam prius deſcriptum pag. 80. ſub anno 1482. pag. 151.
Obiit enim prior Manardus hoc eodem anno, nempè 1536.

M. Antonius Florius. Obiit Florius anno 1570. fuitque fi- pag.153.
lius Bernardini Pictoris qui deceſſerat anno 1523: Ejus opus *de malis Epidemicis*, a Sigiſmundo ejus filio typis traditum fuit anno 1587.

Gaſpar Gabrielius Patavinus. Huic viro, & Gabrieli Faloppio inſcripſit Pigna ſatis lepidum epigramma.

Tu Gabrieli, & tu Gabriel,
Natura quibus ſecreta dedit,
Et præcipuè lapidum vires,
Atque herbarum: dicite quæſo
Si prata ferant, aut alta alpes,
Aut ima freta non nulla, quibus
Lygida flamma flagret amoris.
Nam ſi per vos erit accenſa

Vos

Digitized by Google

Vos manet alta Gloria, major,
Quam ſi per vos extincta ardens
Vis febris eſſet, uritur ex qua
Mortale genus.

pag.154. *Joannes Ronchegallus Gioldi.* Tunc cum Piſis docebat ſcripſit illi hoc epigramma Jo: Baptiſta Pigna.

Diſertiſſime Ronchegalle Piſis
Tam rectè potes explicare jura,
Ut Doctor populo voceris illo,
Nam cum nomen id afferunt Hetruſci
Tune tu non alius vocatur illis.
Tulli ſic quoque Vergiliique nomen
Orator tenet, & Poeta magnum.

Ipſe ſepulchrum poſuit Gulielmo Parenti ſuo anno 1567. ut notat M. A. Guarinus fol. 119. Alter Jo: Baptiſta obiit Anno 1588. Poteſtas Argentæ, ſepultuſque fuit in Eccleſia Servorum. Poeticè quoque luſit: habemuſque carmina illius Italica in libro Franciſci Alunni *la Fabbrica del mondo*. Laudatur etiam in Epiſtolis Gaſparis Sardi.

pag.154. *Hippolytus Riminaldus.* Interpretationes in libros III. Inſtitutionum hujus Authoris editæ fuere anno 1555. Venetiis curante Jo: Baptiſta Ziletto, qui Repertorium ſatis amplum totius operis efformavit. cujus libri laudes a pluribus Poetis decantatæ fuere: nempe a Jo: Baptiſta Gyraldo, Barnaba Pampergio: Galeatio Gonzaga, Alphonſo Cagnacino: Bernardo Bergoncio, & Laurentio Frizolio; cujus poſtremi afferam epigramma.

Multo labore comparatas ingenj
Opes utroque jure conſultiſſimus,
Atque unus animo Riminaldus integro
Hoc eleganti condidit Volumine.
Quare ille ſapere non ſibi videbitur
Quicumque bona tot Riminaldi ſpreverit
Cultis Themidos utriſque latifundiis
Partà: at ſavere decet has parare & copias
Tot unde fructus colligerentur uberes,
Ut Riminaldi largitatis munere
Nemo recurſu temporis ſit ullius
Juris futurus indigus ſcientiæ.

De eodem Libro Proſper Paſcthus J. C. Ferrarienſis in prolegomenis ad ſtudioſum Lectorem hæc habet. *Vix enim alius recentio-*

tentiorum liber eſt, quem perinde omnium manibus teri referat, atque has interpretationes. Nam præter quam quod multa nova, cæteriſque incognita continet, rerum certè ubertate ac copia incredibile, omnes facile ſuperat.
Riminaldi hujus Effigies non tantum depicta viſitur in tabula Altaris Nativitatis J. C. in Eccleſia Confraternitatis S. Jo: Baptiſtæ Ferrariæ, ſed etiam inciſa in libris Conſiliorum ſuorum, hac addita epigraphe *Bis priſco huic Vita perennis*. De eadem effigie cecinit Torquatus Taſſus.

Vera del RIMINALDO Imago è queſta,
Cui tutta Europa, e più l' Italia ammira:
Jo dico del ſuo fral, che non reſpira
Per ſe, nè parla, nè ſi move, o deſta.

Perchè dell' alma ſua, che in lui conteſta
D' eterno, e di mortal ſe ſteſſa aggira,
Le belle forme l' occhio uman non mira,
Nè ſcerne com' è ſaggia, e com' è oneſta:

Ma l' alto ingegno ſuo vedrà, ſe leggi
Tante imagini ſue, quante ſon note,
Pur ſe chiedi, riſponderti non ſanno:

Egli ch' illuminò l' antiche leggi,
E quel ch' in alto intende, & egli puote
Riſpoſta dare, e mai non face inganno.

Verè Obiit Riminaldus Die 23. Decembris 1589. ſepultuſque fuit Die 23. ejuſdem menſis.

Joannes Baptiſta Cananus. Obiit de menſe Januarii, & ſepultus fuit Die 29. ejuſdem menſis anni 1579. in Sacrario S. Dominici. De hoc Joanne Amatus Luſitanus maximum affert teſtimonium; eo quia in diſſecandis cadaveribus fuit alter Veſallius. Ejus opus *de Muſculis* ſic inſcribitur. *Muſculorum humani corporis picturata diſſectio in Bartholomæi Nigriſolii Ferrarienſis Patritii gratiam nunc primum in lucem edita. Ferrariæ per Franciſcum Rubeum MDLXXII.* Non tantum fuit diſcipulus Antonii Muſæ Braſavoli, ſed etiam Jo: Baptiſtæ Gyraldi, ut in hujus poſtremi ſcriptoris libro = *Romanzi* teſtimonium habemus fol. 17. pag. 156

Joannes Baptiſta Caphalus. Joannis illius filius, qui in Patavino

no lyceo, & alibi tanta nominis celebritate docuit; de quo Boſſettus noſter loquutus eſt. pag. 151. Jſte Jo: Baptiſta quintum volumen Conſiliorum Parentis ſui typis evulgavit Venetiis anno 1582. In præfatione verò illius Voluminis teſtatur, multas obſervationes proprias, tamquam ſtudiorum ſuorum primitias inſeruiſſe paternis Conſiliis, quas tamen ſecernere difficiliter quis poterit. Qua etiam occaſione acriter Patrem defendit contra Jo: Baptiſtam Antonutium Eugubinum Eremitanum qui in quadam ſua Catecheſi, Joannis Cephali opinionem de Uſura, quæ eſt in Conſil. 237. tamquam venenoſam damnat, & reſpuit. Obiit die 17. Septembris anni 1598. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Pauli.

Pag.159. *Andreas Alciatus*. Potiora teſtimonia de Alciato Ferrariæ legente habentur in libro Carminum Conſtantii Landi fol. 5. ubi ſic legitur.

De Alciato Ferrariæ legente.

Alciatum poſtquam Juris Ferraria vidit
Solventem nodos, hæc ceciniſſe ferunt.
O me felicem totam juvenumque catervam,
Et tu quam fœlix ripa beata Padi es!
Ante Academiam vix notam nomine noſtram,
Alciatus reparat ſub potiore ſitu.
Hic facit eloquio plures ſectentur ut ipſum:
Hunc qui non ſequitur jure notatur iners.
Hunc omnes adament vivum, venerentur, adorent,
Huic ſtatuam, atque aras erigat omnis homo.

De ejuſdem diſceſſu, e Ferraria

Alciatus poſtquam Ferraria mœnia liquit,
Hos Urbs mæſta pios edidit ore ſonos.
Siccine me linquis decus immortale Quiritum,
Roboris in quo uno ſpes mea magna fuit?
Gymnaſium heu raro noſtrum gens docta frequentat,
Sic ſunt diſceſſu triſtia cuncta tuo.
Hoc tamen ipſa mei ſolamen habebo doloris,
Nomine ſemper ero quod celebrata tuo.

Ejus diſceſſus cauſam ab Univerſitate Ferrarienſi narrat Duarenus: fuitque nimia Lanfranchi Gypſii, & Bartholomæi Riccii [ut ipſe ait] arrogantia, qua liberculos nonnullos evulgare auſi fuerunt, de quibuſdam vocibus latinis ab Alciato male perceptis: quos poſtea ſequuti fuerunt Jo: Baptiſta Fuſchinus, Lilius, & Jo: Baptiſta Gyraldus Viri cæteroquin magni nominis, & emunctæ naris.

Fran-

Digitized by Google

Franciſcus Viſdomini. Franciſchinus communiter ob exiguam *pag.* 160.
ſtaturam appellatus. Obiit Bononiæ anno 1573. non 1575. ut male notat Borſettus, die 29. Octobris. Quod apparet ex epitaphio ad illius ſepulchrum ſculpto, cujus verba ſunt.

D. O. M.

Franciſco Vicedomino Ferr. Viro liberalium Artium ſcientia, Theologia, ſacrarumque concionum facultate, quas aggreſſus a puero, perpetuo conſtantiſſima ſummaque, cum omnium Italiæ civitatum admiratione habuit, preſtantiſſ. Qui Provincia Bonon. hujuſce admirabiliter adminiſtrata, honeſtis in muneribus pro Religione obeundis, Pie falsciterque obdormivit in Domino Anno ætatis ſuæ LIX. die XXIX. Octob. MDLXXIII.

Opera a Franciſchino conſcripta, & typis evulgata, octo voluminibus cumulantur: quorum cathalogum affert Pungetus, qui de Vicedomini laudibus ſermonem habuit.

Ejus Numiſma cum ejus imagine cuſum fuit anno 1564. quod apud eruditos ſervatur. 1544.

Vincentius Maggius. Madius ſemper latinè inſcribitur author *pag.* 161.
iſte, Bartholomæi Lombardi Veronenſis amiciſſimus, cum quo Commentarios de Poetica in Ariſtotelis Librum ſcribere cæpit. Franciſci filius fuit, & diſcipulus Hieronymi Bagolini Veronenſis. Deceſſit poſt annum 1549. non 1543. ut perperam notant Papadopoli, & Borſettus poſt eum, nam dedicationem poſt explanationem in Ariſtot: Poeticam ſcripſit anno 1549. ſi verò obiiſſet anno 1543. deceſſiſſet anno uno ante ſuſceptum munus legendi. Jo: Baptiſta Pigna in ſuis carminibus Madium magiſtrum ſuum dicit, & omnium doctiſſimum fatetur; immò omnium ætatis ſuæ ſapientum optimum. Franciſcus Davanzatus laudat opus ſuum de arte Pretica hoc pacto, prout in illius prolegomenis patet.

Naturæ obſcuros omnes penetrare ſuetus
Seceſſus, longe proſpiciens Madius.

Nunc Parnaſſi Sacri evectus ad ardua collis
Cuilibet aſcenſus monſtrat iter facile.
Admiraris? in hoc artes ſapientia vincit,
Quod per quos campos vult peragrare, poteſt.

Opus majus Madij ita inſcribitur.

Vincentii Madii Brixiani. & Bartholomaei Lombardi Veronenſis in Ariſt. librum de Poetica communes explanationes. Madii verò in eundem librum propriae adnotationes. Ejuſd. de Ridiculis. Et in Horatii librum de Arte Poetica Interpretatio. Venetiis ex Officina Eraſmiana Vinc. Valgriſii 1550. *fol.*

pag. 162. *Hercules Sadoletti*. Ad lineam ſextam corrige *extemplo* pro *exemplo*.

1543. *Renatus Catus*. Lodovici Filius. In Libro Ephemeridum *hiſtor. Michaelis Beutheri Carolopolitae Paris. impreſſ. ann.* 1551. habeo manuſcriptas a Renato Cato variis adnotationes de ſe ipſo, inter quas iſtae enumerantur „ 1555. die 17. Aprilis. „ Renatus Catus J. C. Illuſtriſſimi Herc. II. Ferrarien. Ducis „ Conſil. Uxorem duxit pudiciſſimam, & egregiae indolis Virgi- „ nem Eleonoram Gualenguam, vel Marinettam, nobili genere, „ & optimis Parentibus ortam: Andrea Gualenguio vel Mari- „ netto, & Cornelia Ciſtarellia. Hoc connubium dii immorta- „ les utrique noſtrum bene fortunent. Item Anno 1553. die „ 24. Maii. Renatus Catus Auditor cauſarum Fiſcalium electus „ ſum, ſingulari humanitate ſapientiſſimi & Illuſtriſſimi Ferra- „ rien. Ducis Herc. Ateſt. II. cum duobus menſibus ante Ludo- „ vicus Catus I C. primi nominis opt. Pat. meus in eodem of- „ ficio deceſſiſſet.

Sepulchrum hujus Renati extat adhuc (vel ſaltem lapis ſepulchralis) in ſacrario Eccleſiae Servorum ſuper quo legitur idem Epitaphium a Borſetto relatum. Nec dubitandum remanet de epocha MDCV. cum in libro Officii Bullettarum adnotetur obitus illius ſub anno 1608. die 7. Martii. Sepulchrum hoc paratum fuerat anno 1605. ſed qui illud paraverat deceſſus ſui diem preſcire nequiverat. Quod melius apparet ex Epigrammate ſculpto in adverſa parte ejuſdem lapidis, in quo legitur.

Renatus Catus hoc conditus in loculo eſt
Corpore tantum. Nam ſpiritus exiliit
Ad ſubeundum altum indicium Domini.
Doctor Juris non peſſimus: omni opere
Cunctis prodeſſe, & nemini obeſſe ſtudens,

Mune-

Munera geſſit qui plurima, maximaque
Alphonſi Ducis in multiplici Obſequio.
Exactiſque annis penè deciem decies
A curis mundi tranſiit ad requiem.
Anno Die Menſis.

Alexander Panza Addi poteſt. Sepultus fuit in Eccleſia S. Spiritus FF. Minor. die 21. Octobris 1588. *pag.* 163.

Franciſcus Severius Argentanus. De hujus Severii commiſerando obitu ſuperaddi poterat brevis, ſed luctuoſa notitia; quæ in libro damnatorum Archiconfraternitatis recenſetur, nempe capite mulctatum fuiſſe, & igni traditum, in Ferrarienſi publica Platea die 7. Septembris 1570. ob relapſum in hereſim Georgianam. *pag.* 164.

Dominicus Bondius. Huic, & ſimul Renato Braſavolæ inſcripſit Epigrama Jo: Baptiſta Pigna, quod in libro tertio ſuorum carminum recenſetur. E vivis deceſſit die 11. Julii 1564. 1546. *pag.* 165.

Julius Ponzonus. Huic Cinthius Gyraldus inſcripſit Epiſtolam, ſeu Tractatum de Comœdiis, & Tragœdiis texendis, inſertum in *Diſcorſo in torno ai Romanzi f.* 201. Ibi Ponzonus demonſtratur Cinthii diſcipulus, ſaltem in humanis litteris. Objit adhuc adoleſcens ante annum 1554. prout ex dicta Gyraldi Epiſtola pag. 199. apparet, quæ licet ſcripta ſit anno 1543. tamen typis edita fuit anno prædicto 1555. & in Epiſtola nuncupatoria ad Herculem Bentivolum, Ponzonus inter mortuos a Gyraldo deſcribitur, vocaturque Julius Pontius Ponzanus.

Peregrinus Morati) De quibus nihilominò conſtat circa ma- *pag.* 157
Olimpia Fulvia Morati) giſtralia documenta in Ferrarienſi Univerſitate ex cathedra promulgata; atque ideò gratis illorum nomina hunc locum occupare videntur. Utrique tamen in re litteraria excellentes, & ab Authoribus commendati fuere. Peregrinus origine Mantuanus fuit, & in fronte non nullorum ſuorum operum inſcribitur, tam Mantuanus, quàm Ferrarienſis, & quandoque Fulvii, non Peregrini nomine nuncupatur. Obiit anno 1549. Ejus epitaphium, & una ſimul Olympiæ filiæ in endechaſyllabis Cœlii ſecundi Curionis ità ſcriptum reperitur.

Antiquo Fulvii Morati Patris, & Lucretiæ
Matris hoſpitio: divinoque Olympiæ ingenio
Literis, pietati veræ: nec non Andreæ Grontleri
Ejus Mariti marori. Celius Secundus C. hos

 Ende-

Endecaſyllabos dedit MDLV. Heidelbergæ.

Sequuntur Endecaſyllabi quos hic referre piget. Olympiæ Moratæ Gaſpar. Sardus inſcripſit librum, ſeu epiſtolam ſatis doctam, *de*
1548. *triplici Philoſophia.*

pag. 169. *Antonius Maria Azzi Foſſambrunenſis.* Lege Foroſempronienſis.

Hieronymus Faleti. Nemo melius de Faleto ſcripſit quàm Raphael Sopranus *de Scriptoribus Liguriæ* pag. 115. & Michael Juſtinianus in ſimili Opere pag. 489. Ejus ſcripta numerum Borſettanum ſuperant. Obiit Venetiis anno 1564. die 3. octobris ſub Parochia S. Jacobi in Caprio. Præter epitaphium ab Antimacho conſcriptum aliud habemus Epigramma a Jo: Baptiſta Pigna efformatum quod incipit.

Phalete maxime omnium Poetarum.

pag. 170. *Gabriel Faloppius*, ſeu melius Falloppius, cujus epitaphium monumento ſuo inciſum teſtatur Tomaſinius. Elog. pag. 42. his verbis.

Falopi hic tumulo ſolus non conderis: unà
Eſt pariter tecum noſtra ſepulta domus.

Si obiit ætate annorum 73. ut inquit Thomaſinus in elog. ſub an. 1563. patet natum fuiſſe anno 1490. mirum porrò eſt quomodo in Philoſophia, & medicina potuerit inſtitui a Braſavola, qui decennio toto junior erat. De facto Ghillinus in Theatro inquit Fallopium, ætatis ſuæ florem medicinæ, & Philoſophiæ addixiſſe.

pag. 171. *Naſcimbanus Naſcimbanius.* Ex toto contextu nihil conſtat de lectura Naſcimbenii in Scholis Univerſitatis Ferrarienſis, neque ulla apparet mentio ejus inſignis Operis inſcripti. *In M. T. Ciceronis de Inventione libros. Commentarius. Ad Senatum Rhaccuſinum. Venet. Apud Bologninum Zalterium* 1564. Ex ejus epiſtola dedicatoria apparet Naſcimbænium conductum fuiſſe honeſto ſtipendio, ſuperioribus antecedentibus annis, ad docendum publicè Rhetoricam in Civitate Rhaccuſii. Apparet etiam ex Tetraſtico Operi antepoſito quantum in poetica facultate excelleret.

Authoris ad Momum.

Eſt facile, inquis, commentaria ſcribere, Mome;
Eſto, ſed doctè ſcribere, non facile eſt.
Hoc ſi forte neges, illud fateare neceſſe eſt.
Ni tibi judicium, livide, Livor edat.

Negotium habuit cum Lutheranis, & Hebræis, ut videre eſt in epiſtolis Alberti Lollii l. 6. ep. 122. M. S.

Renatus Braſavola Muſæ fil. natus anno 1529. denatus vero anno 1576. Kal. Octobris.

Bor-

Bortholomaus Codegorius. Sepultus fuit in Eccleſia S. Mariæ in 1550.
Vado Ferrariæ die 11. Julii 1590. Ope Familiæ hujus ædifica- *pag.* 173.
tum fuit magnificum ſatis Pulpitum marmoreum in Eccleſia S.
Franciſci prout narrat Andreas Borſettus in ſuppl. ad Guarin. f.71.

Joannes Coraſius Toloſanus. Ad illud quod dicit Borſettus de 1551.
Amirante interfecto. Hæc vox *Ammirante* neque Italica, neque
Latina eſt. Itali dicunt *Almirante* ſeu *Ammiraglio*: qui latinè
dicitur *Claſſis præfectus*.

Jacobus Antonius Bonus. Ille Bonus qui de Terræmotu ſcripſit *pag.* 174.
abſque dubio Ferrarienſis fuit, non Patavinus. Vide Alexandrum
Sardium de Terræmotu f. 1. Ejus dialogus de Terræmotu pro-
diit anno 1571. Mutinæ typis Pauli Gadaldini: Terremotus enim
magnus Ferrariam quaſſavit anno 1570. Inſuper in libro Officii
delle Bollette adnotatur Jacobus Antonius Bonus S. Theologiæ
profeſſor, Artium, & medicinæ doctor. Cum titulo Reveren-
di, ex quo illum militiæ Eccleſiaſticæ adſcriptum fuiſſe deſu-
mitur: nec Patavinus inſcribitur. Sepultumque fuiſſe illum nota-
tur die non 12. ſed 17. Auguſti.

Bonaventura de Angelis. Nupſit Cœliæ Monferratæ anno 1552.
1553. ex qua liberos procreavit, obiitque anno 1576. ut ap- *pag.* 175.
paret ex Inventario rerum mobilium ab illo relictarum cum Ca-
thalogo librorum ſuorum, per Joannem Paulum Monferratum
Pictorem conſcripto. Deſertionem Bonaventuræ a Patria re-
fert Borſettus, ſed cauſam ignorare videtur: fuitque ob ſuſ-
picionem hæreſis, quamvis conſtet apud Tribunal S. Officii
Ferrariæ ejus reſipiſcentia. Præter allegata a Borſetto ſcripſit
etiam, typiſque evulgavit: *Tractatum de Vertigine, & Scotomia*.
Mutinæ per Paulum Gadaldinum. *Paradoxicum opuſculum de die*:
ibidem omninò. *Diſcorſo intorno l' origine de' Cardinali*. In Fer-
rara per Valente Panizza 1565. Item *Gli ordini, & i modi oſſervati
da Sommi Pontefici nel donare lo ſtocco. Et del Cappello nella So-
lennità del Natale: & le cerimonie uſate nel preſentarlo all' Illuſtriſ-
ſimo Duca di Ferrara*. *Ivi* per Franceſco Roſſi 1557.

Alexander de Naſellis Juriſconſultus. In libro officii *delle Bol-
lette* anni 1583. habentur hæc verba. *Die 4. Octobris 1583. Ma-
gnificus Jureconſultus D. Alexander Naſellus ſepultus fuit in Eccleſia
Fratrum de Roſa*. Emendandus igitur eſt M. A. Guarinus qui Ale-
xandrum hunc in Eccleſia S. Nicolai (non verò Servorum
prout ſcribit Borſettus) tumulatum refert, libro ſecundo, non
tertio. De facto Sepulchrum, & Altare habentur in dicta Eccleſia
della Roſa, de juribus illorum de Naſellis. *Jo:*

pag. 176. *Jo: Baptiſta Pigna*. Quæ deſunt omiſſa a Borſetto, hæc ſunt, vel ſaltem in parte, reſpectu plurimarum aliarum rerum, quæ de hoc eximio ſcriptore dici poſſent. Philoſophiæ, & medicinæ Doctor fuit ſub Jo: Baptiſta Gyraldo inſtructus, qui illi lauream doctoralem contulit, prout habemus ex Gyraldi epiſtola, Bernardo Taxo inſcripta. Vincentii quoque Madii diſcipulus fuit. Ethicorum Ariſtotelis cathedratice documenta explicavit in Ferrarienſi Univerſitate, ubi quoque Artem Rhetoricam, & poeticam, non tantum Ariſtotelicam, ſed & Horatianam, cujus Artis lectiones typis evulgavit anno 1561. ſub titulo *Poetica Horatianæ*. Carmina item Italico metro conſcripſit: habemuſque *Gli Eroici*. Preterea *Il Ben Divino*. Nempe *Rime in lode di Lucrezia Bendedei*. Hæc carmina collegit Baptiſta Guarinus junior, & argumentis illuſtravit, quibus etiam Torquatus Taxus, & præcipuè tribus cantiunculis, commentaria ſuperaddidit quæ omnia apud Baruffaldum ſervantur manu Guarini conſcripta, ubi Pignæ ſe cognatum explicat. Nupſit Filiæ Antonii Muſæ Braſavoli: legitur enim in epiſtola dedicatoria ſuorum Carminum latinorum hoc documentum. *Accipe igitur, Alphonſe Princeps, Pignæ tui carmina &c. nam cum Antonius Muſa Braſavolus Socer, a ſuo in manſuetioribus literis magiſtro poeticè ſcripta &c.* Similiter in eadem epiſtola, librum Poeticarum quæſtionem promittit his verbis: *Nunc, Alphonſe Princeps, hæc leviora; mox Poeticarum quæſtionum libros duodecim perleges, qui confiſto a me, veriſimili tamen argumento conſcribuntur, de his, quæ ad Salviati tui menſam ſex viri clariſſimi, longa diſputatione tractarunt.* Idem prorſus repetiit ad Franciſcum Robortellum ſcribens Carm. l. 2. fol. 66. his carminibus.

.... Ego pariter libros
Poeticarum quæſtionum duodecim
Jam ſcribo, ſed tamen video quod nos ſumus
Diverſi hac in re &c.

Hippolytum Cardinalem Eſtenſem auditorem habuit dum publice Rhetoricam Ariſtotelicam explicaret in Univerſitate, de quo teſtimonium perhibuit his pariter carminibus l. 2.

Tibi gratias ago maximas, ampliſſime
Hippolyte, quod me heri explicantem publicè
Rhetoricam Ariſtotelis, tua præſentia
Decoraveris &c.

Ad quam lectionem evectus non fuit anno 1552. prout vult Bor-

Borſettus, ſed anno 1545. nam illlo anno Tribunitiam poteſtatem gerebat Ferrariæ Jacobus Trottus, ſub quo Pigna Cathedram aſcendit. Scripſit quoque *Trattato della Pace* a clariſſimo Muratorio editum anno 1708. typis Mutinenſibus. Similiter *Gli amori* ut ipſe teſtatur in libro *Ben divino*. Tandem die quarta menſis Novembris 1575. occubuit ætatis ſuæ anno quadrageſimo ſeptimo inchoato, nam ipſe de ſe teſtatur in libro ſuperenunciato del *Ben divino*, ortum fuiſſe die 8. Aprilis 1529. cujus oſſa ſepulchri onore decorata fuerunt in Eccleſia S. Franciſci apud Patrem. Habentur etiam alia opera ab eo ſcripta, ſed ſuppreſſo nomine, prout ſunt *Trattato della precedenza &c. Cavallerie di Ferrara. Attila Hunnorum Regis hiſtoria. La creazione del Sig. D. Alfonſo Duca V. di Ferrara. Le eſſequie del Sig. D. Hercole II. Duca IV. di Ferrara*, una cum *Oratione funebri* habita Ferrariæ v. Kal. Decembris 1559. quæ omnia typis edita ſunt, abſque eo quod locus, & annus editionis appareat. Servatur apud Baruffaldum, cum hac ſpeciali, & quidem rara adnotatione facta a Bartholomæo Riccio manu propria, dum Pignæ remitteret Orationem ſibi tranſmiſſam, ut illam animadverteret, ac ſi opus eſſet, emendaret, prout de facto pluribus in locis, ut in marginibus videre eſt, emendata fuit. Verba Riccii ſunt hæc. *Remitto tibi, Pigna, Orationem tuam, atque Epiſtolam, ut vides, correctam: ut ſi eam iterum ſis editurus, tuo optimo nomini melius conſulas. Vale, & Riccium tuum ama*: Immo tota epiſtola dedicatoria Alexio Paganutio a Riccio immutata, & renovata apparet. De Pigna item nuper multa ſcripſit, atque ſapienter enodavit Jo: Andreas Barottus in examine cujuſdam libri annis prope prætetitis evulgati *De Italica Eloquentia, Juſti Fontanini*. Pignæ verum cognomen fuerat de *pag.* 177. Nicolucciis.

Sed ne Pignam deſeramus. Borſetius ait, ut Inſtituto ſuo ſerviat, ſe velle unum Pignę tantum Epigramma dare ex libro delitiarum Ranutii Gheri deſumptum. Prorſus ignoro Inſtitutum hoc, nempe ſpecimen dandi ſtyli poetici Lectorum in facultatibus quibuſcumque, ac ſi poetica facultas in quacumque alia ſcientia ſit neceſſaria. Ad ſummum aliquod aliud epigramma medium, & non bis, & ter typis datum afferre poterat, & quidem non tam breve, ut jactitat verbis illis, *& breve quidem* cum dare integras, & quidem longas elegias diverſorum poetarum. Extra rem ſit. Hic afferam ego lepidius Pignę epigramma.

De

De Venere, & Adone.

Dum Venus extinčto flens oſcula figit Adoni,
Et lacrymis Pueri vulnus, & ore lavat:
Ore, oculiſque trahit vulnus quo tota perardet,
Quod nequit extingui fletibus, aut gemitu.

Jacobus Mandelli. Huic mors obſtitit; ergo fuit Lector in ſpe, & nunquam talis fuit, immo nec Ferrariam venit, ſed Papiæ obiit. Eodem igitur pacto, quo de Joſepho Florentino Vacario pag. 418. hujus ſecundæ partis ſe habuit, ita ſe habere debuerat circa Mandellium. Vaccarius aſſequi nequivit Cathedram morte preventus, atque ideo inter Lectores adnumeratus non fuit: ita Mandellius ab hac adnotatione repelli debuerat.

pag. 178. *Jo: Baptiſta Fuſchinus Lugienſis.* Commendatur Fuſchinius a Bartholomæo Riccio conterraneo ſuo apud Philippum Ghislerium, ut inter Rotæ Bononienſis Auditores adſcribatur. Epiſtola habetur ſatis latina, & erudita in prolegomenis Opuſculi Lanfranci Gypſii. *Antiparadoxon &c.* Similiter Jo. Baptiſta Pigna, Fuſchinio unum ſcribit Epigramma dum illi Orationem funebrem in obitu Strozzii, amicitiæ ergò, tranſmittit

Ad Jo. Baptiſtam Fuſchinum.

Stroci delitiæ tui, meique,
Fuſchine optime, Strocius ſuperſtes
Dum fuit, Patriaque in Urbe Produx;
En Oratio lacrymoſa, quam Dux
In Stroci interitu me habere juſſit.
Hanc ab interitu ipſe vindicabis
Si hanc dices penitus referre vitam
Stroci non obitu priore dignam:
Indignamque obitu magis ſecundo.

pag. 180. *Paulus Quareſima.* Huic Paulo inſcribitur Capitulum carminibus Italis elaboratum in Fœminarum laudem; quod impreſſum legimus poſt Fabulam Paſtoralem Auguſtini Argenti inſcriptam *Lo sfortunato*, Venetiis 1568.

Baptiſta Guarinus. Multa eſſent hic addenda ad Baptiſtam hunc pertinentia, quæ a Borſetto omiſſa ſunt: dignus enim erat ſpeciali, & prçcipua mentione tantus Vir de Patria, & de optimis ſtudiis benemeritus, nec non de Univerſitate Ferrarienſi, ubi lectionibus tum Rhetoricæ tum Poeticç, non verò moralis Philoſophiæ, vacavit in Cathedra ab Alexandro Guarino ejus patruo jam occupata; & ubi moderatoris titulo decoratus fuit, poſterioribus

annis

annis. Ejus ſepulchrum, quod magnificum deſcribitur a Borſetto, non ità oculis apparet, nam tumultuario ſepultus fuit Guarinus, in tumulo communi, ubi quoque non nulla cadavera Virorum peſtilentia correptorum humata fuiſſe traditur; atque ideo nuſquam datus eſt locus, ſeu facultas Guarini cadaver extrahendi, ut in loco ſepoſito conderetur, ibique ſepulchrali titulo, atque mauſoleo decoraretur, quod pluries incaſſum tentatum eſt. Hujus magni Poetæ opera centies impreſſa, iterum cuduntur, his diebus, Veronæ, ſtudio, & opera Alberti Tumermanni pluribus voluminibus compræhenſa, in quibus nihil defuturum ſtudebit, quod Guarini gloriæ non reſpondeat. Sed nuper de Guarini laudibus, deque tanti Viri juſta defenſione librum ſcripſit Jo. Andreas Barottus, in quo detractiones in libro Italicæ Eloquentiæ a Juſto Fontanino edito contra Guarinum, acriter repellit, diſſipatque pro juſtitia, & veritate ad Concivis nomen, & gloriam pro aris, & focis tuendam. Hujuſmodi libri titulus eſt. *Eſami di varj autori ſopra il libro intitolato = l' Eloquenza Italiana di Monſig. Giuſto Fontanini Arciveſcovo d' Ancira.* Ubi ſecundo loco legimus: *Difeſa degli Scrittori Ferrareſi, compoſta dal Dott. Gio. Andrea Barotti &c. In Roveredo* 1739.

Silvius Antonianus. Mirifica hujus viri ars canendi ex tempore carmina rithmo conſtricta, laudatur a Hieronymo Ruſcellio in ejus Arte Poetica, ſeu *modo di comporre in Verſi nella lingua Italiana cap.* 7. Item valde laudabilia de eodem loquitur Franciſcus Xaverius Quadrius in libro *della Storia, e della Ragione d' ogni Poeſia t.* 1. Præceptorem habuit Antonianus Bartholomæum Riccium Ferrariæ, prout in epiſtolis ejuſdem Riccii habemus l. 3. *pag.* 181.

Joannes Franciſcus Terzani Cremona. Non perperam e Cremona Civitate derivatos Tertianios aſſerunt qui de Urbe Cremona ſcribunt. Ipſemet Jo: Franciſcus in Oratione habita ad Gregorium XIV. Pontificem hoc clarè aſſerit. Et præ omnibus Jo: Jacobus Orgeacius Gallus in funebri Oratione pro obitu ejuſdem Jo: Franciſci habita, qui e vivis deceſſit die 23. Julii 1593. non vero anno 1579. prout conatur ſuadere Borſettus hoc loco: nam ſi anno 1592. Orationem, inter cæteras, habuit ad Clementem PP. VIII. nomine Alphonſi II. Ducis Ferrariæ, quomodo quæſo hoc peragere poterat jam morte ſublatus quattuordecim ante annos, nempe de anno 1579. Quod verò deſignetur Lector in Rotulo 1560., utique dari poteſt, nam longo confectus ſenio occubuit. Vide in Joanne Jacobo Orgeacio infrà. *pag.* 183.

1560. *Antonius Maria Parolari.* Quæcumque narrat Borſettus de Parolario, applicanda reputo *Antonio Mariæ Parolino*, prout claris verbis loquitur epitaphium ejuſdem in Templo S. Andreæ. Obiit Ferrariæ die 24. Auguſti. 1588. Verba epitaphii ſunt.

> *Antonius Maria Parolinus in hoc mortalitatis pelago humanæ navigationis conditionem eam eſſe edoctus, ut corpori neceſſitas animæ, naufragii periculum immineat, poſtquam medica beneficentia ſe hominem homini reddidiſſet: adjunctiſque philoſophicis morum inſtitutis, Chriſtianæ fidei virtutibus, animam ut a ſcopulis everteretur omni ſtudio curaret. Naufrago interim corpori hic portum parabat Anno Domini MDLIX.*

De Parolino loquitur Franciſcus Patricius in Arte Poetica, & in elementis Procli.

pag. 184. *Antonius Flavius Gyraldus.* Quocumque in loco mentio fiat hujus Viri, ſemper Flavii Antonii Gyraldi nomine nuncupatur, non vero Antonii Flavii: quod & ipſe Flavius de ſe teſtatur in fronte epigrammatis a Borſetto tranſcripti ad Galeatium Gonzagam.

1561. *Bartholomeus Mirollius.* Huic Mirollio epigramma unum in-
pag. 185. ſcribit Jo: Baptiſta Pigna. lib. 3. eſtque hoc

Ad Bartholomæum Mirollium.

Sorte trahebat nomina ab urna
Arbiter Ida mox Phlegethontis.
Tu Mirolli, tu ſapienter,
Et mente tua promere vota
Miranda ſoles, & caſta, quibus
Cadit, aut vincit reus, aut actor.

Jo: Baptiſta Laderchi Imolenſis &c. De Laderchio optimè loquutus eſt Baptiſta Guarinus in una ſuarum epiſtolarum ad Scip. Gonzagam. Eſtque unus ex interlocutoribus in primo dialogo Bruſantini.

1562
pag. 186. *Martialis Peregrinus.* Hujus acutiſſimi Philoſophi ex Ordine Minorum, mentio eſt cum laude, apud Baptiſtam Guarinum in qua-

quadam epiſtola Ferrariæ data die 12. Decembris 1585. ad Urbini Ducem, in qua non nulla *Prolegomena ad Metaphyſicam* ejuſdem Peregrini laudantur, quæ videntur ab eodem Principe deſiderata. Deceſſus ejuſdem lectoris enunciatur paucis annis ante 1585. Patavii, dum ibi lectoris munere fungeretur.

Hieronymus Curionus &c. Ex citato a Borſetto authore, nem- 1564.
pe M. Antonio Guarino, colligi minime poteſt locus, & tem- pag. 187.
pus, in quo objerit, & tumulatus fuerit Curionus: quod falſum eſt. Guarinus enim, relato epitaphio [quod certè indicat Curionem, vel morti proximum, vel ſaltem, ob adverſam valetudinem, ad nova itinera minus aptum tunc fuiſſe] ſubdit: *Preſſo di lui giace Ceſare il fratello*. Quod clarius exprimi nequit.

Antonius Montecatinus &c. Inter opera hujus eximii Philoſo- pag. 188.
phi enumerat Borſettus *Academica Theoremata &c.* ſuntque Theſes Philoſophicæ ad numerum uſque 1090., quas per triduum expoſuit publicè diſputandas Ferrariæ in publico Gymnaſio anno 1562. de Menſe Martii ætatis ſuę anno 25. quarum theſium vigore, ad Cathedram implendam evectus fuit. Multa Ferrariæ leguntur ejus manuſcripta philoſophica apud hæredes D. Franciſci Mariæ Nigriſolii: Metheorologica item apud D. Barottum cuſtodiuntur. Quo vero ad epitaphium exculptum ad ejus ſepulchrum non nulla veniunt adnotanda: nempe, humi ſupra lapidem ſepulchri ſculpta leguntur hæc verba. *Antonii Montecatini Philoſophi oſſa.* In pariete verò contiguo, ſub marmorea effigie ejuſdem apparent verba relata a Borſetto, & tranſcripta, ex M. Antonio Guarino.

Bartholomæus Bertazzolius. Sepultus fuit die 9. Januarii ut ex pag. 191.
libro officii Bullettarum.

Alphæus Prampolinus &c. Juriſconſultus ſanè fuit, ſed de editio- pag. 193.
ne Voluminis Conſiliorum, & Lecturarum ſuarum quas affert Borſettus, valde dubitandum. Uſque modo enim me latet, nec de eo mentio ulla eſt in Bibliotheca legali ampliſſima Auguſtini Fontanæ.

Pyrrhus Ligorius Neapolitanus. Quomodo iſte inſignis Antiqua- 1565.
rius locum habeat inter Lectores Ferrarienſis Univerſitatis, & ipſe pag. 193.
Borſettus ignorare fatetur, cum talem fortaſſe non fuiſſe ſibi conſtet: attamen intrudere illum placuit, ſed gratis omninò. Vel enim in Rotulo anni 1569. deſcribitur, vel non; ſi deſcribatur, cur eſitanter illum commemorat? ſi verò non: cur inter alios

locus iſte huic Viro impertitur? Inter cætera opera quæ ſcripſit, illud pro Ferrarienſi Civitate [in qua per multos annos degit, ac tandem occubuit] eminet, quod MS., & quidem authographum, apud Baruffaldum ſervatur, *Dell' Antichità di Ferrara*, quod huc uſque alio nomine *Fragmento*, pervagavit typis impreſſum, ſed mutilum, & quandoque nomine ſuppoſito *Alphonſi Cagnacini*. Fuerat hic Pyrrhus Alphonſi Ferrariæ Ducis V. Antiquarius, prout in fronte hujus manuſcripti apparet. Scripſit item *De Re Vehiculari Antiquorum*, prout notat Borſettus ipſe: cui addendum videtur. Item *Libellum De Familiis Rom.* quem latine reddidit Arrhenius, ac primus edidit, notiſque illuſtravit Joannes Schefferus in calce operis ſui *De Re Vehiculari veterum*.

1570. *Paulus Leonius*. Hic Epiſcopus Ferrariæ prior fuit, qui Con-
pag. 194. ſtitutiones Synodales ederet, in coacta Synodo Ferrariæ anno 1588. ni fallor.

1572. *Joannes Æmylianus*. Ad id, quod per Borſettum notatur, Æmilianum hunc, alieno nomine, typis evulgaſſe *Tabulas Rerum Metheorologicarum*, dico, optimi critici munus fuiſſe, nomen quærendi, ſub quo dictæ tabulæ evulgatæ fuiſſent: ſed hæc a Superbio adamuſſim tranſcripſit, nihilque amplius. Saltem Academiæ in domo Æmiliani inſtitutæ mentionem feciſſet, quæ fuit *Serenorum*, cujus recordatio habebitur in libro quarto hujus operis ſub Ludovico Gyraldo. Cæterùm ad opus Æmiliani *De Ruminantibus* addendum, Servari codicem hunc apud Baruffaldum adnotationibus ſupra medietatem cumulatum manu authoris, quibus novam æditionem libri paraverat. Occubuit Æmilianus anno 1590. die 9. Februarii.

pag. 197. *Hippolytus*) *Braſavola* Filius prior, nepos alter, Antonii Mu-
Antonius) ſæ: hic Medicus, ille verò in utroque Jure Conſultus. Prior obiit die 8. Auguſti 1596. Alter verò die 17. Martii 1589. ſuperſtite relicto Hieronymo Patre; ambo in S. Andreæ jacent.

Torquatus Taſſus, vel Taxus, ut ipſemet manu propria ſcribit in epitaphio Bernardi parentis ſui, in Eccleſia D. Pauli Ferrariæ apponendo, cujus verba ſunt.

Bernar-

Bernardo Taxo
Muſarum ocio, & Principum negotiis
Summa ingenii ubertate, atque excellentia,
Pari Fortunæ varietate, ac inconſtantia,
Relictis utriuſque induſtriæ monumentis
clariſſimo. Torquatus Filius P.
Vix. Ann. Septuaginta & ſex.
Obiit Ann. MDLXIX. die IV. Septemb.

Prout in Teſtamentario libello Torquati ipſius apparet, quem Authographum, apud Baruffaldum ſervatum vidi, & nuper relatum inter opera ejuſdem Torquati typis florentinis T. V. fol. 85.

De hoc primi nominis Poeta ſatis erat in Gymnaſtica hiſtoria hoc unum ſignificare, quod ad rem ſuam pertineret, nempe in Ferrarienſi Univerſitate Sphæram, & Euclidis elementa legiſſe, quod munus illi traditum fuit, non tantum honoris cauſa, ſed etiam lucri: tunc enim ſatis anguſtæ erant res domus ſuæ. Cetera omittenda erant, & hoc pacto vitia nonnulla evitaſſet, effugiſſetque occaſionem falſum dicendi: nam Portia Roſſi Mater Torquati, Bergomenſis non fuerat, ſed Neapolitana, e Piſtorienſi civitate oriunda. Item ubi de adventu ſuo Ferrariam ait, hunc poſt parentum ſuorum deceſſum accidiſſe, notandum venit, Bernardum poſt multos annos ab adventu prædicto, occubuiſſe. Similiter Opera ab eo ſcripta non tam inordinate, & confusè enumeraſſet. De Comædia *Gl' Intrichi d' Amore* non tam liberè pronuntiaſſet, & indubitanter, eſſe opus Torquati: *Mundi Geneſim*, non omninò a Torquato complementum obtinuiſſe dixiſset; ſi aliqua veraciora narrare voluiſſet. *Reſponſionem* illam, quam innuit, clarius explicaſſet. Poſt *Orationes* deſcripſiſset quoque *Epiſtolas Poeticas*, & alia non pauca quæ omittuntur, & rectè diſpoſita videri poſsunt in editione Operum illius maximi Poetæ Florentiæ facta anno 1724. fol. vol. *6*. atque nuper Venetiis per Carolum Bonarrigum, & alios, promovente Bonifacio Collina Monaco Camaldulenſe. Tandem recenſendo ſcriptores, qui de Torquato Taxo ſcripſere, illos tantum enunciat, qui vel obiter, vel breviter, non tamen ex profeſso, acta illius ſcripſere, omittens ſignanter Guidum Caſonium, & præ omnibus Jo. Baptiſtam Manſium, qui integrum volumen complevit, acta, & dicta, nec non

non ſcripta Torquati referendo, quod Romæ typis datum fuit anno 1634. apud Franciſcum Cavallium. Epigramma denique Jo. Franciſci Imperialis tam mendosè tranſcriptum omitti poterat, & ejus loco illud ſatis elegantius Ronconii ſubſtitui, nempè

Seu canat ardores paſtoris Taxus Aminta,
Sive cupidineas quas tulit ipſe faces:
Altius aut recinat reboanti carmina plectro
Et celebrare pii ſic velit arma Ducis:
Quid valeant ſacri monſtrat commercia Pindi,
Quidque Aganippeo mens agitata Deo.
Caſtalides nunquam poterant reſonare Camanæ
Vel potiore lyra, vel meliore tuba.

Eodem quoque pacto, quo in parte prima ſuæ Hiſtoriæ lib. 3. fol. 250. Borſettus pinxerat Iconem Mauſolei Ludovici Areoſti eximii Poetæ, poterat & hoc loco oculis lectorum picturam Mauſolei Torquati Taxi prout Romæ in S. Onuphrii Templo, a Bonifacio Bevilaquio S. R. E. Card. Ferrarienſi, proprio ære extructum fuit, reportare, quod ad maximum hujus Operis ornamentum inſerviſſet: quam Iconem ego libentiſſimè, honoris, & ſupplementi gratia, hic exhibebo.

Sequitur Icon integra Mauſolei Torquati Taxi.


Hospes quicumque es si Musarum
hoſtis non es adſiſte, et lege
TORQVATI TASSI
Monumentum hoc uide. nec uide tantum
sed uenerare, et cole. Plurà meretur.
pietas quàm possit tua saltem quod
possis, merito, et libens dato. etc.
BONIFACIVS CARD. BEVILAQVA
ex uoto D.D.L.M
ob. Anno MDXCV

Sub annis 1500. in hoc libro deſideratur mentio de *Georgio Priſciano* Decretorum Doctore, qui fuit Vicarius generalis Epiſcopi Ferrarienſis anno 1510. prout ex diplomate emanato pro Eccleſia Villæ novæ Marcheſanæ Diæceſis Adrien. dat Ferrariæ in Palatio Epiſcopali die prima Julii 1510. ex rogit. Bernardini Salveti Cameræ Epiſcopalis Ferrariæ Notarii ſubſtituti, apparet. Scripſit hic Georgius Conſilia multa, quæ penes Jo: Benedictum Coattum Ferrariæ Advocatum reperiuntur, in quibus Profeſſor in Ferrarienſi Univerſitate appellatur.

Deeſt quoque *Petrus Bartholomæi* de Saliceto qui anno 1410. dum eſſet Canonicus in Ferrarienſi Cathedrali, & Decretorum Doctor, atque profeſſor, in eadem Civitate deceſſit. Alidos. d. l. pag. 193.

Sanctes fil. Franciſci Viani Bononienſis, laurea in utroque Jure Ferrariæ inſignitus fuit die 24. Novembris 1595: cumque ad Societatem Jeſu divertiſſet Franciſci mariæ ſub nomine, Bononiæ occubuit anno 1618. Menſe Martii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Luciæ. Alidos. ibid. f. 211.

Virgilius Nicolas Accarſii Sacerdos Bononienſis Doctor Philoſophus creatus fuit Ferrariæ die 31. Decembris anni 1570 Alidos f. 190.

Occurrit inſuper adnotandus inter profeſſores Ferrarienſis Univerſitatis *Bernardus Petri Lapini* nobilis Senenſis, e Monte Alcino oriundus, qui etiam *Illicinus*, & *Ellecinus* nuncupatur, ab *Ugurgerio Pomp. Saneſ. tit.* 17. *n.* 26. *Part.* 1. Hic in medica facultate inſignis habitus fuit ſua tempeſtate, & a Borſio Eſtenſi Primo Ferrariæ Duce Ferrariam acceſſitus magno ſtipendio, prima Cathedra in eadem Univerſitate ab eodem decoratus fuit: ubi a Philoſophicis, & ſcientificis quæſtionibus, ad jurgia cum nonnullis Doctoribus ejuſdem Univerſitatis deſcendens, in vitæ diſcrimine poſitus fuit: ad arma enim, poſt litteras, contentio declinaverat. Cujus rei certiores facti Senenſes, Concivem ſuum Duci Borſio per litteras efficaciter commendarunt, ne in honoris, & vitæ periculo occumberet. Atque hæc ſupplenda judicavi in Hiſtoria Borſettana uſque ad annum 1574. iuxta ordinem ſue Hiſtorię Gymnaſticę Libro ſecundo, Partis ſecundę.

LIBRI SECUNDI
FINIS.

LIBRI



AD LIBRUM TERTIUM

PARTIS SECUNDÆ

HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII

Supplementum, & Animadverſiones.

1575. pag. 201. CUm non amplius in antiquiſſimis verſetur Hiſtoria Gymnaſtica Borſetti, facile eſt, ut modò pauciora illius loca ſupplenda remaneant, & animadvertenda. In antiquis enim faciliter ſcriptores ob temporum tenebricoſas ambages cæcutiunt, & aberrant, ſed in recentioribus, cum clariori fruantur luce, ſolertius, diſertiuſque ſcribere valent. Itaque hac fretus ſpe, Librum tertium aggredior, & ad trutinam interpello, illa tantùm (licet fortaſſe parva) ſupplendo, & animadvertendo, nec non cenſorio ſtylo adnotando quæ aciem oculorum Authoris effugerunt, vel recordatione digna ab eo non ſunt exiſtimata.

Claudius Bertazzolus. Bartholomæi filius. Uterque eodem anno

Digitized by Google

anno occubuit: ſed Claudius objit die 15. Julii 1588. prout notat Borſettus.

Franciſcus Patricius. Sum in voto cum Teiſſier, tres, vel pag. 202. duos ſaltem Franciſcos Patricios eodem tempore floruiſſe, atque ambos eximii moduli ſcriptores: Unus fuit Senenſis, alter Dalmata. Huic certè poſteriori nimium conſtanter Petrus Lambecius in Cathalogo Librorum ſuorum §. 2. fol. 4. tribuit *Expoſitionem oraculorum Imp. Leonis* ex. gr. in latinum & vulgarem Italicum ſermonem tranſlatam anno 1596. Brixiæ. Cui concordat commemoratus Teiſſier.

Cæſar Cremoninus. Non tantum Craſsus, ſed & Vincentius 1579. Imperialis in ſuo Muſæo, de Cremonino loquens incidit in hunc pag. 204. errorem, nempe Oppidum Centi ſitum eſſe in Mutinenſi ditione, quando luce meridiana clarius patet, in Ferrarienſi ditione, ſeu legatione comprænhendi. Vult Borſettus Cremoninum legum ſtudio incubuiſſe, laureaque in hac facultate decoratum, quod certè a nemine adhuc ſcriptum reperii; immò nec in fine hujus ſecundæ partis, in Indice a Borſetto efformato Doctorum Legalium, non reperitur Cremonini mentio. Nonnulli Cremoninum e Cremonenſi Civitate oriundum contendunt, quod inficiari nequeo, ſed origo hæc antiquior eſt quàm quis credere preſumat. Territorium enim Centeſe ab antiquis valde annis, gaudet hac familia, & cognomine: immò falſum eſt, cognomen illud de Bertolis, quod ſupponitur fuiſſe Parentis ſui. Natus eſt Cæſar Centi ex Matthæo Cremonino Pictore, cujus tabula habetur in Eccleſia majori ejuſdem Oppidi, picta anno 1569. die 23. menſis Martii. Fratrem item habuit Jo: Baptiſtam pariter Pictorem, cujus mentio eſt apud Malvaſiam Felſ. Pict. T. 1. fol. 297. Comædia illa, quæ inſcribitur *Le Nubi* Manuſcripta ſervabatur apud Juſtum Fontaninum, qui illam multis laudibus cumulavit in ſuo *Aminta*. Verùm laudes Cremonini in vituperationes converſæ apud eundem Fontaninum in libro *dell' Eloquenza Italiana*, fortiter ſuſtinentur ab Andrea Barotto in ſuo examine pro ſcriptoribus Ferrarienſibus. Scripſit nonnullas Fabulas Cremoninus a Borſetto non adnotatas, nempè *il Ritorno di Damone. Clorindo, e Valiero*, & alia. Inſuper Alexander Taſſonus Aromatarii opera contra adnotationes ſuas ad Carmina Franciſci Petrarcæ conſcripta, omnia, & ſingula Cremonino tribuit. 1581.

Paulus Contughi. Præter Orationem in funere Card. Cana- pag. 206.

 ni,

ni, habetur etiam ejuſdem Contughi alia *Oratio in Doctoratu Jacobi Bettini* habita Ferrariæ anno 1591. Obiit Paulus die ultima Auguſti 1612. ſepultuſque fuit die prima Septemb. in Eccleſia S. Dominici pro ut habemus in libro Bullettarum dicti anni, ubi idem Contughus nuncupatur ſplendor totius Civitatis.

pag. 207. *Alexander Galvanus*. In quodam libello inſcripto *Alexandri Galvani Juris Quiritum Auditoris, atque Olympicorum Principis, Gymnaſtica Monomachia*. Ferrariæ edito 1579. duodecies iſte Alexander nuncupatur Centenſis: immò in quibuſdam carminibus Alexander Fuſconius Ravennas, in laudem Galvani, apertè loquitur de Oppido Centi tamquam ejuſdem Galvani Patria. Tunc agebat ætatem 23. annorum, & Centenſis appellabatur: cur quæſo ſexagenarius factus dicitur Ferrarienſis? ſed neque per obitum talis dici poterat, cum Patavii quoque occubuiſſet. Diſcipulus fuit Franciſci Terzani Cremonæ, prout apparet ex iiſdem 300. Theſibus, quas per biduum propugnavit. Error irrepſit fortaſſe in Epitaphio, ſeu in tranſcriptione ejuſdem ex Opere Papadopoliano: nam ubi dicit Annos XL. Annus iſte non concordat cum antedictis ab Authore; nam ſi incæpit Ferrariæ lecturas ſuas anno 1581. & complevit Patavii anno. 1616. non igitur Annos XL. ſed XXXV. profeſſus eſt. Error itaque vel in epitaphio, vel in anno deceſſus Galvani depræhenditur.

1582.
pag. 207. *Petrus Mazzolanius &c.* Jacet in Eccleſia S. Spiritus: ibi depoſitus anno 1639. Die 6. Septembris. Cognomen hoc ſuadet Authori, ut de vivente Julio Mazzolano Alphonſi filio, & quidem meritò, loquatur, abſque ullo ſucceſſionis ſeu affinitatis titulo cum præfato Petro. Urbanitas hæc, & quidem laudabilis, tamen ob ſingularitatem videtur odioſa. Multa enim cognomina antecedenter deſcripta adhuc Ferrariæ vigent, neque per hoc ulla mentio facta eſt ab Auctore Virorum, viventium, ut promiſſum ſervet factum jam in hoc eodem libro pag. 255. *ſe temperaturum ab eorum laudibus, qui adhuc in humanis agunt: ne potius quàm vera dicere, gratiæ captandæ ergo loqui videatur*. Ecce quomodo promiſſis ſtat, laudes profundendo in viventes, licet nullo titulo ad Univerſitatem Ferrarienſem pertineant.

pag. 208. *Hieroymus Bartolelli*. Hic fuit (inquit Author) Gymnaſiarca Utriuſque Univerſitatis Scholarium Ferrariæ, ſeu Prior. Galvanus jam ſupra laudatus *Rectorem* illum appellat ſub anno 1579.
1584. non verò 1582.

pag. 209. *Joannes Marius Criſpus*. Sacellum, in quo ſepulchrum nobilis

ſiæ Familiæ de Criſpis viſitur, non amplius eſt Annunciationi Mariæ Virginis dicatum, ſed S. Ignatio Loyolæ Societatis Jeſû Fundatori: Titulus igitur ſublatus fuit, remanente tamen ibi ſepulchro, in quo depoſitus fuit Jo: Marius Criſpus Ducalis Conſiliarius die undecima Novembris 1589. quamuis epitaphium ſepulchrale de anno 1595. exſculptum ſit de mandato filiorum ſuorum. Studii Ferrarienſis moderator extitit anno 1579. nempè quinque ante annos, a tempore per Borſettum aſſignato. Huic Joanni Mario duas inſcripſit Epiſtolas Paulus Sacratus ille, qui latinè optimè ſcribendo nulli ſecundus fuerat ſua tempeſtate: in quarum altera, quæ eſt decima Epiſtola tomi tertii, inter alia hæc leguntur in laudem Criſpi = *Poſteri intelligant Joannem Marium Criſpum tum propter ejus præſtantiſſimas virtutes, ac ſingularem doctrinam, tum propter integerrimos mores, atque actiones conſtantiſſimas, optimaſque, immortalitate fuiſſe digniſſimum, ac memoriam nominis ſui amplis monumentis conſecrari debuiſſe &c.*

Huiuſmodi eſſe debuerant laudes huic viro impertiendæ, & non compendioſa illa narratio ex M. A. Guarino deſumpta, & tranſcripta. Abundantius de Gente, & familia iſta ſcripſerat Borſettus patruus, quàm Borſettus Nepos: quæ tamen cum hìc repetere minimè juvet, iuvabit certè ſupplere pro omiſſis rebus noſtra hac ætate clarioribus.

Loquitur igitur Author de Jo: Mario Criſpo jam demortuo centum quadraginta, & ſex ab hinc annis: & cum de viventibus ſtatuiſſet moderatè velle procedere, in laudando, Marchionem Euſtachium viventem celebrat; celebrat Franciſcum filium pariter inter vivos degentem, cui tribuit elucubrationem Tragœdiæ l' Eudoſia (non Eudoſſia) & interim ad novos Lectores deſcribendos, juxta inſtitutum ſuum progreditur, neque ſillabam neque verbum faciens de tertio Criſpo aduc ſuperſtite, nempe de Hieronymo, Euſtachii Fratre, & Franciſci Patruo, ac ſi nulla mentione dignus cenſeretur, vel inter mortuos jam longa oblivione deliteſceret. Veruntamen ſaltem doctrinæ, & dignitatum ratione hìc, præ omnibus, inter alios, non tantummodò cumulandus, ſed fuerat diſtinguendus. Deſinam hìc, nec de laudibus tanti Antiſtis aliud proferam, illas ad quartum hujus ſecundæ partis librum remittam, ubi de Scriptoribus Ferrarienſibus tractatio erit juxta ordinem a Borſetto ſibimet præſcriptum, totum integrum librum cumulandi, nomina, & opera ſcriptorum Ferrarienſium recenſendo, qui licet Lectores in Univerſitate, &

Gymnaſio Patriæ non fuerint, attamen ſpeciali laude digni, non omittendi videntur. Ibi, & in fine ejuſdem libri quarti, nonnullos, & quidem primi nominis, Scriptores Ferrarienſes ſupplebo, quos Borſetti calamus ſcribere prætermiſit, non obſtante illorum nominis claritate, propter quam communiter ab omnibus celebrantur. Inter illos Hieronymum Criſpum Archiepiſc. Ravennaten. adnumerabo, ejuſque opera ſignificare non me pænitebit.

Camillus Coccapani. In epitaphio allato corrige verbum illud *Europa* in *Europa*, & lege cum Guarino.

Nomen in Europa penè peragrat ovans.

Thomas Gianninius. Natus eſt Anno 1556. Magiſtrum habuit Antonium Montecatinum Philoſophum. Obiit die 22. Maii 1638. Bis Romam miſſus orator a Ferrarienſibus. Alexandrum Eſtenſem S. R. E. Cardinalem amicum, & diſcipulum habuit. Multa inedita reliquit, inter quæ Tractatum *de Anima* quem manuſcriptum authographum ſervat Jo: Andreas Barottus, ſub nomine tamen Incerti Authoris.

pag. 210.

Hannibal Pocaterra. In laudem hujus nobilis, & ſapientiſſimi adoleſcentis multa carmina ſcripſit Torquatus Taxus, & preſertim in adeptione Doctoralis Laureæ hos verſus promulgavit.

pag. 211.

Annibal, de' tuoi ſtudj il nobil corſo
Fornito hai tu con giovinetto piede.
Quaſi ardito deſtrier, ch' appena ſiede
L' acuto ſprone, e più biſogna il morſo.
E dalla meta, ove non fu precorſo
Al ſuon di chiara tromba adorno ei riede
Con vaga pompa, e 'l pregio innanzi vede,
E meſto laſcia chi più lento ha corſo.
O te felice a cui l' etate acerba,
E la bellezza in giovenil ſembiante,
Par che in vece d' invidia, or grazia acquiſti.
Qual gloria la natura ancor ti ſerba,
Onde 'l buon Padre ſi rallegri, e vante
De' frutti della ſtirpe in cui fioriſti.

Scripſit. *Dialoghi della Vergogna*, quos Borſettus inſcribit *de Erubeſcentia*, impropriè, & incomptè, nam latino modo (prout ab Authore fieri ſolet) non ſunt exprimendi librorum tituli, quos placuit authoribus italicè, non autem latinè ſcribere. Inſuper

ſuper

ſuper habemus *Madrigalia* ejuſdem ſatis laudabilia. Obiit anno 1592. humatuſque fuit in Eccleſia Cathedrali apud Alexandrum Patrem ſuum, qui jam objerat die 24. Octobris 1586.

Jo: Jacobus Orgeatius Gallus. Scripſit *Orationem* in obitu Jo: 1586
Franciſci Terzani Cremonæ J. C. Ferrariæ per Baldinum 1493. de qua ipſe Orgeatius hæc habet carmina ad Cardinalem Alexandrum Eſtenſem.

Terzani laudes ſcripſi, illuſtriſſime Princeps,
Qui Patriæ, & cunctis ferre ſolebat opem.
Æternumque ævi eſt decus, ac memorabile noſtri,
Atque Minerva dedit munera magna ſibi. &c.

Sed quoniam de funebri Oratione Orgeacii in obitu Jo: Franciſci Terzani Cremonæ ſermo eſt, non omittendum puto id, quod ipſe Ordeacius de ædibus Univerſitatis Ferrarienſis, tempore Terzanii acquiſitis, & ornatis luculentiſſime ſcripſit, ex quo facile percipi poteſt in quanto honore eſſent prædictæ ædes illa tempeſtate. Inquit enim. = *Teſtes denique iterum, & ſapius Studii hujus Reformatores, qui poſtquam illius celeberrimam ædem ab Illuſtriſſimo, & Excellentiſſ. Principe Aloyſio Eſtenſi S. R. E. Cardinali ampliſſimo, & nunquam ſatis laudato mercati fuerunt, eam confeſtim inſtaurarunt, marmoreis lapidibus foris, & intus variis picturis, & vitruvianis præceptis reædificarunt, & Terzanio ob tanta illius in Ferrarienſem R. P. merita, tanquam præcipuum Academiæ caput ad habitandum conceſſerunt. Quod quidem tectum ità pulchrum, ita ſuave, ita grave, & ſplendidum, & omni heroica dignitate ornatum, ut nil præterea ſit requirendum: nam & ſi doctiſſimi, & nobiliſſimi Bononienſes exiſtimant nullam eſſe ingenii ubertatem, nullamque dicendi copiam, nullum divinum, atque incredibile Orationis genus, quo quiſquam poſſit tantum opus, tam præclarum, tam amplum, tam auguſtum in tam celebri loco extructum, tot, tantorumque virorum conſilio ſuſceptum, tot egregiorum artificum manibus elaboratum, induſtria perfectum, incredibili celeritate ad ſummum perductum, illorum Gymnaſium: Tamen hæc omnia Ferrarienſium Gymnaſium tenet, & ultra poſſidet auditorium Anatomicæ arti perpetuò dicatum, viridarium, ubi ſimplicia plurima ſerta ſunt, & medicæ arti non mediocriter neceſſaria. A ſiniſtra manu pars domi eſt, in qua ſcena erigitur, ubi Poemata Tragadiæ, Comædiæ, & Satyræ ad exercendam juventutem, & ad populi Ferrarienſis delectationem recitantur: qua in parte eſt oſtiolum, quo mortuorum cadavera ad oſtenſionem Anatomes conficiendam intromittuntur. A*

dextera

dextera verò eſt præclariſſimus, & admodum ſpecioſus ludus follis, quem pilam magnam vocant, in quo omnis populus ſe exercere ſolet &c. Ecce pictura elegans antiquarum ædium publici Studii in palatio Paradiſi nuncupato, quam poterat Borſettus in prima parte operis ſui, congruo, & convenienti loco inſerere; ad hoc ut primordia ſaltem loci illius apparerent: quamque omittere nolui, licet non omnino locus iſte conveniens judicari poſſit: ſed melius aliquando, quàm nuſquam lumen cæcutienti præbere ratus ſum.

1588. pag. 213. *Leonardus Salviati*. Mirum, & inauditum dictu, equitem hunc Lectoris munere functum fuiſſe in Ferrarienſi Gymnaſio! Ego ſane opinor, de celebri Florentino hoc talia dici non poſſe. Certe in Florentinorum Scriptorum Hiſtoria Julii Nigri Ferrarienſis, ubi de Leonardo diſertè loquitur, nulla penitus de loco habito ab eodem in Ferrarienſi Univerſitate mentio eſt. Ibi quoque majora eundem ſcripſiſſe adnotatur, quàm ea pauca a Borſetto hìc enumerata. Deceſſit anno 1589. vix incohato, & in ejus laudem Orationem funebrem habuit Petrus Cambius die 22. Februarii. Quod ſi verè Lector fuiſſet in Univerſitate Ferrarienſi, vix deſcriptus in Rotulo deceſſiſſet.

1589. *Bernardinus Percivallus* non *Percivaglio*, neque *Ravennas*, ſed *Recinatenſis*, prout ejus opera typis edita teſtantur, & libri officii Bullettarum, in quibus hujus ſtirpis [per obitum trium gentilium ejuſdem] ſemper de Percivallis ſcribitur. Nomen Fabulæ Paſtoralis a Percivallo editæ, eſt *Orſilia* non *Erſilla*; Quæ acta fuit Florentiæ in nuptiis Ferdinandi III. Magni Ducis Etruriæ anno 1589. *Oratio* illa de qua loquitur Borſettus, habita fuit anno 1588. prid. non. Octobris, dum Jus Canonicum Percivallus Ferrariæ legeret, immo in exordio lectionum ſuarum, & non de anno 1589. prout Borſettus demonſtrare conatur. Scripſit etiam italicè librum *Emblematum*.

1590. pag. 214. *Stephanus Lotti* Ravennas, cujus mentio ſatis compendioſa eſt in fine libri IX. non autem VII. Hiſtoriæ *Ravennaten.* Hieronymi Rubei f. mihi 728. editionis Venetæ anni 1599.

1592. pag. 215. *Georgius Ambroſioni*. Antiquo epitaphio per Borſettum relato, ſuffecta fuit hæc inſcriptio de recenti.

Monum. hoc. Veteri jam deſtructo.
Catharina de Ambroſionis, & Cajetanus
Dulcius filius Avorum oſſibus translatis.
Sibi ſuiſque reſtituerunt. A. D. MDCCV.

Peregrinus Manucianus lege *Minuccianus* ita enim ſe habet titulus *Ora-*

Orationis infra citatæ. Inſuper pro *Carſiniana* lege *Cafferoniana* prout ibi quoque legitur; ubi Peregrinum per octo annorum ſpatium legali Studio Ferrariæ operam navaſſe dignoſcitur.

Orphaus Magnus. Primus iſte fuit, qui Parma Urbe derelicta, Ferrariam cum tota ſui familia ſe contulit, ubi gentem ſuam propagavit ſub Parocchia S. Mariæ in Vado. Julius Cæſar Grazzinus Ferrarien: Canonicus, Opuſculum Orphęi iſtius MS. poſſidebat, cui titulus: *Orphai Magni carminum rudiores primitia in breve enchiridion redacta Parma* 1584.

Galeatius Landrinus. In cathalogo Doctorum Juriſtarum ad calcem hujus ſecundę partis non deſcribitur a Borſetto Landrinus, quamvis lauream in utroque jure ſuſceperit. Unicum Opuſculum illud eſt a Galeatio conſcriprum *de nobilitate*, quod a Borſetto tamquam duplex bis hic enunciatur. Ejus opera clariori ordine erant enumeranda, nempe. = *De prima hominis cognitione* = *De intellectu ſpeculativo* = *De remanſione elementorum in mixto* = *An Anima rationalis ſit muneris phyſici* = *De intellectu agente* = *De viſione* = *De gravium, & levium motu, Ferraria* 1617. Item ſcripſit Sermones duos Italicè *Dell' Influenze, e dell' opinione* 1622. Paritèr *De Vini, & Aqua mutua inter ſe mixtione* 1595. quę omnia magnum Philoſophum decent. Domi ſuæ Landrinus Academiam *Ingenioſorum* inſtituit, & Verſuti nomen geſſit in Academia Intrepidorum, in qua orationem habuit quę apud D. Barottum manuſcripta ſervatur. Occubuit tandem anno 1633. die 23. Auguſti. Ejuſque oſſa in Eccleſia S. Mariæ de Roſa tumulantur. pag. 213.

Hippolytus Obicius. Dum Belluni Medicinę operam dabat liberos procreavit, inter quos emicuit Jo: Marius, cujus extat *Oratio Illuſtriſs. Petro Leonio Pratori Prafectoque Civitatis Belluni, Conſulum Urbis nomine, atque rogatu habita. Coneliani* 1611. *in* 4. 1594. pag. 217.

Octavius Magnaninus. Legum Doctor non fuit ſed Philoſophię: & de facto in Catalogo Juriſtarum in fine hujus libri, nulla de eo mentio eſt. Docuiſſe medicinam habemus ex ejus lectionibus MS. apud Lanzonum olim: modo verò apud Marchionem Herculem Bevilaquium. Opera illius confuſa methodo hic deſcribuntur: quare ego pietate motus, novum, & pleniorem ordinem ſervabo. Scripſit igitur. *Lezioni Accademiche ſopra gli occhi della Donna* 1639. Tomus unicus, non duplex prout opinatur Borſettus. *Del Convito parte prima* 1640. *Parte ſeconda* 1641. *Deſcrizioni ſopra gl' intermezzi del Cav. Battiſta Guarino fatti all' Alceo dell' Ongaro, ſotto nome dell' Arſiccio* 1614. *Relazione del* 1598. pag. 218.

Tor-

Torneo fatto in Ferrara nel 1712. Cartelli diverſi per li Tornei 1610. Intermezzi dell' Idalba 1614. Invenzione del Sig. Enzo Bentivoglio nel comparire, e mantenere la Quintanata &c. 1616. Deſcrizione degl' Intramezzi della Bradamante geloſa d' Aleſſandro Guarino 1616. Lettere diverſe MS. Annotazioni, o ſia poſtille alla Geruſalemme Lib. del Taſſo MS. Avvertimenti ſopra la Ven. Suor Lucia da Narni MS. Riſpoſta d' Alfonſo Ferrarini ad una Lettera di Fulvio Teſti MS. Del Convito p. 3. MS. Lezione ſopra il 121. ſon. del Petrarca MS. Nullum illius carmen latinum uſque modò mihi perlegere datum eſt: pauca item italica; Porrò Madrigale unum authographum legi apud clariſſimum Lanzonum. Eſtque hoc

Ritroſetta Licori
Più bella de' vermiglj, e bianchi fiori:
Tu pur mi fuggi, e quelle
Mi naſcondi d' Amor lucenti ſtelle.
Infelice partita,
Che m' invola la vita:
Deh ferma, e odi chi non sà mentire.
S' aver pietà non vuoi del mio martire,
Abbila del tuo faſto, alma rubella,
Che coll' uſar pietà ſi vien più bella:
Abbila del tuo volto, anima mia,
Che perde ſua beltà chi non è pia.

Obiit Magnaninus Ferrariæ die 17. Februarii 1652. jacetque in Eccleſia S. Nicolai, in tumulo ſibi conſtructo.

pag. 219. *Julius Sacratus Comes &c.* Ignorat Borſettus tempus, quando hic electus fuerit Moderator Gymnaſii, eo quia, inquit ipſe, non liquet: ſed liquet apertiſſimè ex Regiſtro pag. 212. ubi notatur Julium Sacratum electum fuiſſe Gymnaſii moderatorem die 23. Septembris anni 1599.

1599. *Ludovicus Panninus Centenſis*. Nulla mentio eſt hujus Ludovici
pag. 220. in compendio rerum Centenſium a Joſepho Maria Pannino conſcripto, & typis edito. Enumeratur tantummodo Franciſcus J. V. D. Ferrariæ Lector, & Advocatus. Cæſar Phil. & Med. Doctor. Item Jacobus Philoſophus: Bartholomæus eques, nonnullique alii armorum fama memoratu digni. Obiit hic noſter Ludovicus Ferrariæ die 22. Januarii 1607. ſepultuſque fuit in Eccleſia Sanctimonialium Corporis Chriſti, ſed & omittitur in illo compendio mentio etiam Alexandri Pannini qui inter vivos enumerabatur

anno

anno 1531. tunc cum Conſularem dignitatem gerebat Centi, eodem tempore, quo confinia ſtatuta fuere inter Centum, & Plebem. Huic Alexandro duas inſcribit Epiſtoles Albertus Lollius, ex quibus patet, eundem Bononiæ ſtudiis operam navaſſe.

Franciſcus Calcetta &c. Certè hoc ſcio, non pauca Volumina 1603.
Conſiliorum Franciſci Calcettæ Manuſcripta ſervari apud Juriſconſultum Thyrſum Pagliarini Ferrariæ.

F. Alexander Roſſius. Habemus F. Alexan. Roſſium eximium Theo- pag. 221.
logum, Patria Lugienſem, Bononienſis Provinciæ Miniſtrum Provincialem electum fuiſſe, ut conſtat ex ejus Imagine typis inciſa per F. Conſtantium Poeti de Bononia, ubi hoc ſpecialiter adnotatur, tantum virum Lugi deceſſiſſe anno 1686. die 2. Novembris: ſed procul dubio, hic Alexander alter erit ab illo, cujus meminit Borſettus, nimia enim eſt annorum diſtantia ab anno 1602. in quo deſcriptus legitur in Rotulo, ad annum 1686. in quo occubuit, niſi dicere vellimus ultra centenariam ætatem dies ſuos produxiſſe.

P. Antonius Roſini a Valle Tridentina. Erat procul dubbio Ferrarienſis: Ipſe enim de ſe hoc teſtatur ſæpius in Oratione *de Christi Domini Natali* evulgata anno 1610. Hæc Oratio eſt *Commentarium in Librum Evangelii S. Joannis* de quo Borſettus paulo poſt loquitur. Auguſtinus Superbi Roſinum Ferrarienſem appellat. pag. 37. & 111. ubi eundem obiiſſe anno 1614. teſtatur.

Papinianus Piſtophilus. Abſque dubio in fronte deſcriptorum 1602.
operum, nempe *Oplomachiæ* & *Torneo* inſcribitur nomen Bonaven- pag. 222.
turæ, non autem Papiniani; quod tamen nomen huic familiæ fuit familiare uſque ad hæc tempora. Dicendum igitur venit, alterum eſſe hunc Papinianum a Bonaventura, de quo infra. Papiniani mors accidit anno 1628. die 27. Maii, ut habemus ex Libris Officii Bullettarum ſæpius recordato. Bonaventura inter vivos numerabatur anno 1621. tunc cum Oplomachiam evulgavit. Igitur vel Papinianus iſte author non fuit operum deſcriptorum, vel nomine immutatus eſt.

Alexander Turaminus. Scripſit quoque Fabulam Paſtorali more contextam, inſcriptamque *Sileno Favola Boſchereccia*. *Napoli* 1595. Smiliter carmina in laudem Annunciationis Mariæ Virginis.

Jo: Baptiſta Caprilius. Phil. & Medicinæ Doctor. Poſtremus fuit pag. 223.
iſte hujus Familiæ de patria benemeritæ. Occubuitque die 18. menſ. Octob. 1639. ac humatus fuit in Eccleſia S. Franciſci. Inter anteceſſores ſuos ſuper omnes memorabilis fuit *Pius Æneas Eques* auratus, Philoſophus, ac Medicus ſua tempeſtate notiſſimus, cujus mentio

facta fuit per Borſettum in hoc libro ſub anno 1537. fol. 152. Dies ejus depoſitionis fuit ſexta Junii 1593. Multis laudibus cumulatur ejus opus *De febribus putridis* Ferrariæ editum anno 1591. ubi practicam Medicinæ partem profitebatur. Laudatores, ſive authores plurium carminum in laudem Pii Æneæ, deſumpti fuerunt ex Partheniorum Academia, in Gymnaſio Societatis Jeſu ſedem habente, inter quos ille Ludovicus Panninus Centenſis adnumerabatur, cujus mentio eſt in hoc libro ſub anno 1599. pag. 220., cujus legitur hoc diſtichon.

Hippocrates, Avicenna uno, Galenus & uno
Florent. Caprilius diſſita ſæcla refert.

Capriliorum familia a loco Caprile nuncupato, originem ducit a Valle di Calci, in agro Piſano, ubi adhuc floret, & honorificè propagatur.

Franciſcus Guareſchus. Hujus Gentis verè nobilis, extat perantiquum monumentum in Eccleſia Parochiali Codreæ, ſeu Capitis Retiæ in agro Ferrarienſi.

Valentinus Mandoli. De hujus Carmelitæ laudibus habetur Oratio funebris, in qua ſingula illius miniſteria, & ſtudia celebrantur. In poſtrema linea hujus paginæ deeſt verbum *fuit*.

1608. *Jacobus Æmilianus.* Epitaphium hoc nomine inſcriptum habe-
pag. 226. tur in Eccleſia Cathedrali Ferrariæ, hujuſmodi.

Jacobus Æmilianus. J.U. Interpres. Qui ſemper omnibus prodeſſe, nulli obeſſe ſtuduit. Sibi Hæredibuſque ſuis vivens poſuit. Anno Domini MDXXXIX. *Menſe Maii.*

Sed ſeniori Jacobo hoc ſepulchrum potius, quàm huic juniori applicandum duco.

1609. *Claudius Achillini.* Addendum. Clearchi filius, natus die 16. Decembris 1594. In Collegio Judicum Bononiæ cooptatus, *ex Alidoſio d. l. f. 63.* Si verò juxta noſtrum Authorem, obiit an. 1640. non exegit annos *66.* ſed tantummodò *46.* Præter alios Oratores in funere ſuo, habuit & Petrum Carrerium Campanum, qui Orationem ſuam typis edidit, in qua legitur hoc Epitaphium in laudem Achillini, Achillineo ſtylo redundans.

Exſudate ignes, pretioſa metalla parate,
Scalpraque vitales exanimata cavas.
Sydereus CLAUDJ *ſurgat veſtra arte Coloſſus,*
Parnaſſi bifidi qui juga bina premat.

pag. 228. *Joannes Libiola.* Satis erat dicere. De hoc lectore jam ſcriptum fuit in Parte prima hujus Operis fol. 287. *Rug-*

Raggerius Placentinus. Filium habuit Aloyſium de quo Borſettus hic fol. 390. 1611.

Clemens Merlinus &c. Auguſtinus Fontana in ſua Bibliotheca legali, Deciſiones Merlini notat bis editas: nempe Venetiis anno 1651. & Genevæ 1662. Editionis Venetæ promotor fuit Marcellus Merlinus Clementis Frater. De eo ſcripſit Jo: Baptiſta Zampa.

Dum celer æthereas Clemens volitavit ad oras,
Hos ſeptem colles ore dedere ſonos.
Lex periit, periêre ſimul Clementia, Virtus,
Et cum Merlino funera Jura petunt.
Jura lege: ora vide: opprime maſtos Roma dolores;
Utrumque agnoſces, ſi legis, ora vides.
Sol fuit in terris Merlinus, teſte Quirino.
Occidit a nobis? occidit, haud periit.

Alphonſus Pandulphus. Inter Orationes funebres Pandulphi, illa eminet ſtyli dignitate, quæ in laudem Caroli Barberini Pontificiæ Claſſis Imperatoris habita fuit anno 1630. Ferrariæ, quæ fortunæ ſuæ fundamenta jecit apud Urbanum VIII. Pontificem Maximum, qui Authorem Comaclenſi infula decoravit anno 1630. Scripſit etiam carmina nonnulla Italica ludicra de Civitate Comaclenſi, quæ cum ægro animo illius Civitatis incolæ ferent, opus fuit, ut palinodiam caneret, elogium ſcribendo in laudem ejuſdem Civitatis. Pandulpho ſuadente, & promovente, edita fuere duo volumina latinorum carminum Galeatii Gualenghi. pag. 229.

Petrus Moneta. A Monetis potius dicendum erat, prout Proceres ejuſdem familiæ ſatis antiquæ quandocumque ſeſe tum voce, tum ſcriptis appellabant.

Antonius Tapioli. Cujas erat? de Lojano, prout ex Inſtrumento ſeu Teſtamento Jacobi Bonfranceſchi, ex rogitu Sigiſmundi Setti de Migliarino ſub die 4. Julii 1613. In quo Teſtamento adeſt nomen Antonii Tapioli de Lojano Medicinæ Doctoris, qui fuerat unus ex teſtibus adhibitis ad ſtipulationem ejuſdem. Diſcipulus fuerat Herculis Parolini, ſed hujus Herculis nulla, præter nomen, mentio eſt in Hiſtoria Gymnaſtica. Quinam igitur honor eſt diſcipuli, dum non laudatur magiſter? pag. 230.

Cæſar Magatsus de Scandiano. Hic ætate provectus in ordinem F. F. Cappuccinorum cohoptatus, F. Liberati nomen aſſumpſit, objitque pluſquam ſeptuagenarius. 1612. pag. 230.

Galeatius Gualengus. Camilli Filius. Electus Ferrariæ Judex ſapp. anno 1612. objit die decima Octobris 1623. Alphonſum, &

Camillum Filios habuit, qui rerum ſuarum curam ſuſceperunt, & una cum Alphonſo Pandulpho, qui fuit Epiſcopus Comaclenſis, de typis evulgandis ſuis carminibus ſtuduere. Suo ævo inter laudabiliores Poetas Ferrarienſes habitus fuit.

pag. 231. *Hieronymus Toſini.* Objit die 6. Januarii 1626. Jacet in Eccleſia S. Pauli.

Aloyſius Bevilaqua. Moderator Studii. Objit die 17. Novemb. 1616. Jacet in Eccleſia S. Franciſci.

Jacobus Viſdomini. J. U. D. Objit Kal. Aug. 1637. Jacet in S. Franciſci.

1613. *Hercules Braſavola.* Hic quoque deceſſit die 7. Auguſti 1629. prout ex Baruffaldo l. c. & Officio Bulletarum.

Hieronymus Fontana. J. U. D. E vivis receſſit die 25. Septembris 1605. humatuſque fuit in S. Dominici.

Hieronymus Robertus. Cujus facultatis Profeſſor? penitus ignoratur: hoc unum ſcio, morte ſublatum fuiſſe die 2. Junii 1640. & ſepultum fuiſſe in Eccleſia Monialium Domus Albæ. Ex Libris Officii Bullettarum.

pag. 232. *Alphonſus Strozzius.* Comes, & Moderator Studiorum Ferrarienſium. Sui deſiderium reliquit die 13. Novemb. 1617. ex eodem libro.

1618. *Cornelius Pannini Centenſis.* Nihil de hoc Cornelio Centenſi ha-
pag. 233. bemus in compendio Rerum Centenſium Joſephi Mariæ Pannini. Illius obitum habemus deſcriptum in libro Officii Bullettarum ſub die 24. Novemb. 1624. cujus tumulus in Eccleſia PP. Soc. Jeſu adnotatur.

Auguſtinus Ghedini. Ord. Min. An hic poſtremus fuerit ſtirpis ſuæ, non ita facile probari poteſt, cum neque illius ordo, ſeu gradus ignoretur. Procul dubiò hodie inter vivos habemus tum Ferrariæ, tum Bononiæ, non paucos ejuſdem cognominis.

Livius Zacrius. Non Chienſis, ſed Chius.

1619. *Lucas Gianninus.* Thomæ Filius. Dies ejus depoſitionis fuit 26.
pag. 233. Auguſti 1641. apud Patrem ſuum in Eccleſia S. Mariæ in Vado, prout refert Andreas Borſettus in Supplemento ad Guarinum pag. 241. ſub hoc Epitaphio.

Thomam Ganninum 1638. x. Kal. Jun. funeratum, & Lucam natum ejus, ambos Phil. & Med. Exc. hanc in ædem adegit Junipera Caſtrina Luca Uxor. Ann. MDCXLI.

1620. *M. Aurelius Galvani.* Centenſis, ſed per translationem Domicilii

micilii Ferrarienſis. De ejus ſupulchro honorario, ſeu Cenotaphio in Eccleſia Clericorum Regularium Theatinorum Ferrariæ loquitur Borſettus noſter: minime verò Epitaphium ibi inciſum refert. Ejus obitus annus fuit *1659.* quapropter Academia Intrepidorum pro eodem juſta parentalia, perſolvit, habuitque Orationem funebrem Ludovicus Andreolius J. U. D. Galvani Imago ære inciſa Patavii publici juris facta fuit hoc addito elogio. *M. Aur. Galvanus Ferrarienſis. Alexandri J. C. filius, & in Patavino Lyceo Primarius Jur. Civ. Interpres Matutinus. Anno Chr. MDCLX. ætatis LXIV.*

Antonius Toſinus Medicus. Vitam cum morte commutavit anno *1672.*, & ſepultus fuit in Eccleſia PP. Cappuccinorum die *30.* Decembris. *pag. 234*

Dominicus Libanti. Huic familiæ ſpectat Epitaphium ſepulchrale in Eccleſia Angelorum exiſtens. *1622.*

Ludovicus Lollius Medicus. Objit anno *1648.* die *25.* Martii, non vero *1649.* prout aſſerit ſenior Borſettus pag. *99.* contra quem ſtat liber officii Bullettarum.

Vincentius Coſtabili J. C. Dies ejus depoſitionis notatur in libris Bullettarum *2.* Auguſti *1665.* *pag. 235.*

Franciſcus Bordani. Objit die *29.* Decemb. *1665.* Jacetque in Eccleſia S. Spiritus. Librum carminum hujus Franciſci Italicè conſcriptorum ſervari vidi apud ſæpius citatum Baruffaldum.

Camillus Gualengus. Hujus Viri de Univerſitate Ferrarienſi benemeriti extant oſſa in Eccleſia S. Franciſci, ibi depoſita anno *1642.* die *31.* Julii.

Mauritius Calavius. Morte violenta ſublatus fuit, labens a *1626.* propria Rheda, dum Fuſignanum pergeret, die *7.* Septembris anni *1665.* ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ de Bucca in tumulo a fratre ſuo ibi parato, qui tunc erat in illa Eccleſia Rector. Hæc ſtirps e Pontremulo originem ducit. *pag 236.*

Florianus Ferrus. Hujus nominis extat quidam Juriſconſul- *1627.* tus in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ Canonicorum Lateranen. ſepultus *pag. 237.* die *21.* Septembris *1640.*

Jo: Baptiſta Blancus Medicus. Deceſſit anno *1654.* die *23.* menſ. Octobris, ſepultuſque fuit in S. Franciſci.

Annibal Bellaja J. U. D. Notatur in libro officii Bullettarum *1729.* ſepultus ſub die *7.* Septembris *1654.* in S. Franciſci.

Hippolytus Viſdomini Medicus. Objit die *16.* Septemb. *1676.* ſepultuſque jacet in S. Franciſci.

Fran-

pag. 238. *Franciſcus Bernius Comes, & Legum Doctor.* Opera illius typis edita, & ſcriptis relicta laudabilius eſt hic plene enumerare. Borſetti enim deſcriptio mutila eſt, & non ſincera. Sunt igitur hæc, *Moralitatis Arcana ex Pythagoræ ſymbolis pars prima 1669.*; Altera manuſcripta apud H. H. ſuos relicta fuit. *Dell' Accademia parte prima, e ſeconda. Drammi 1666. Il Fulmine Penſieri divoti 1641. Degli Eroi di Caſa d' Eſte 1640.* Altera pars apud H. H. manuſcripta ſervatur. *Oratio ad Innocentium X. pro Civitate Ferrariæ 1645. Orazione in morte di Tommaſo Giannini 1638. L' omicidio amoroſo di Radamiſto. Diſcorſo Accademico 1640. Il Liſalbo Novella 1640. Eſequie del March. Guido Villa, ed Orazione funebre 1656. Le pretenſioni del Tebro, e del Pò cantate, e combattute 1642. Verſi delle quattro Deità nel Torneo d' Amore riformato 1671. Aggiunta alla deſcrizione del Catajo del Betuſſi 1669. L' Atalanta, e il Teleſo in Miſia drammi 1695.*; Poſt huma ſunt. *Il Mondo, maſcherata 1672. Ritratto del Cardinale Cibo Panegirico 1654. Le Virtù piangenti al ſepolcro del Duca Franceſco I. d' Eſte, Oda 1661.* Iſtos itaque filios mente procreavit Bernius: ſed & multos etiam corpore genuit, nam in ſexaginta trium annorum curſu, ſeptem identidem Uxores duxit, nempe Dianam Sanſeverinam. Lucretiam Viſdomini. Claram de Drapperiis: Luciam de Magnis. Annam de Berardis: Catharinam de Celatis, & Hippolytam de Fuſchinis, ex quibus novem tantum liberi Patris ſuperſtites remanſere.

1632. *Alphonſus Carri Medicus.* Sepultus fuit die 30. Octob. 1667. in Eccleſia PP. Cappuccinorum.

1634. *Franciſcus Nigriſolius J. U. D.* Scripſit Opuſculum optima ratione gubernandi præditum, inſcriptumque, *Diſcorſo utiliſſimo ſopra l' elezione degli Uffiziali pubblici. Bononiæ* 1644. Quod opuſculum a Borſetto T. 2. p. 239. falſo tribuitur Franciſco Mariæ Nigriſolio juniori, de quo infra ſermo erit, qui anno 1644. nondum inter vivos reperiebatur: natus eſt enim anno 1648.

Claudius Bertazzolius. Repentina morte ſublatus fuit die 18. Decembris 1679. Jacet in S. Pauli.

1637. *Hercules Magnus Medicus.* Humatus fuit in Eccleſia S. Pauli die 5. Decemb. 1643.

Dominicus Negrini. Occubuit iſte Medicus die 4. Novemb. 1685. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Spiritus.

Joannes Superbus Medicus. Die 9. Novemb. 1659. ſepultus fuit in Eccleſia ſacrorum Stigmatum.

Jo:

Joannes Franciſcus Marzajolus Medicus. Fortaſſe erit Antonius pariter Medicus qui occubuit die 12. Junii 1643. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Pauli.

Franciſcus Faſolius J. U. D. Habemus in libro officii Bullettarum diem in quo ſepultus fuit, nempe 24. Decembris 1667. Jacetque in S. Franciſci. 1639.

Jo: Hieronymus Amadori Medicus. Dies ejus ſepulchralis fuit 7. Martii 1658. in Eccleſia S. Mariæ in Vado. pag. 241.

Carolus Caſtellus Roncagalli Julii filius. Objit die 10. Junii 1666., & in Eccleſia S. Mariæ Novæ extat ejus ſepulchrum. 1640.

Jo. Baptiſta Moronus Bergomenſis origine, ſed natalibus Ferrarienſis. Laurea inſignitus fuit anno 1633. Inter Sapientes Magiſtratus Ferrarienſis acceptus anno 1644.; Ejus oſſa jacent in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ Confrat. in tumulo parentum ſuorum. Reliquit poſt ſe inter alia inedita opera, quamdam Fabulam ſilveſtrem inſcriptam *Trionfi della Vecchiezza* carminibus textam quę ſervatur penes Baruffaldum.

Joannes Ciavarnella. Adde. Archidiaconus Eccleſiæ Ferrarienſis. Objit ſenio confectus die 6. Junii 1693., & jacet in veteri ſacrario Capitulari Eccleſiæ Cathedralis. Bibliothecam ſatis inſtructam Hæredibus reliquit. 1641.

Federicus Vitali Medicus. Deceſſit die 2. Novemb. anni 1654., ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ in Vado. pag. 242.

Carolus Feſtini. Franciſci filius, devinctiſſimus fuit Jacobo Card. Corrado Ferrarienſi, qui illum Romam acceſſivit, ibique honores, & lucra illi procuravit uſque ad præconizationem pro Epiſcopatu Amalfitenſi: ſed a quadam fęmina, quæ ſibi in maritum Carolum exoptabat, poculo amatorio venenatus, Ferrariæ deceſſit anno 1664., ſepultuſque fuit in Templo S. Franciſci ante aram Ss. Innocentium ſub hoc epitaphio 1644. pag. 243.

Franciſcus Feſtinus in proprio Sacello
acquiſito, & dotato, ſe & Hæredes
P. C. Anno Domini MDCXLVI.

Scripſit Italicè *Viaggio della Regina di Svezia a Roma, e Diſcorſi Accademici.*

Bernardinus Perinellius Medicus. Occubuit die 9. Junii 1679. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Gregorii.

Hieronymus Nigriſolius Medicus. Sepultus fuit in Eccleſia ſacrorum Stigmatum die 10. Junii 1689. Ejus elogium habebitur dum loquemur de Franciſco Maria ejus filio ſub anno 1672.

Hie-

Hieronymus Raynaldus Medicus. Fortaſſe Cæſar appellabatur, qui ſepultus fuit die 24. Auguſti in Eccleſia Cathedrali anno 1673.
1645. *Sanctes Magnaninus Medicus*. Jacet in Eccleſia S. Nicolai ibi
pag. 244. depoſitus die 21. Septemb. 1666. prout habemus in libris officii Bullettarum.

Franciſcus Toſinus. Ille Toſinus, qui in S. Dominici Templo humatus fuit, eratque Medicus, notatur nomine Dominici Franciſci in libro officii Bulettarum ſub die 30. Septembris 1657. Publici Juris fecit *Carmen in laudem D. Lucæ*.

Hieronymus Agnellius. Verus Medicæ artis decus, & ornamentum ſua tempeſtate. Sepulchro traditus fuit, toto aſſociante Medicorum Collegio, ob eximiam in tantum Virum reverentiam, in Clauſtro priori Conventus S. Pauli.

Hyppolitus a Monetis Medicus. Datus illi fuit ſepulchri honor in Eccleſia S. Mariæ in Vado die 5. Januarii 1689. Fuit hic Præceptor Joſephi Lanzoni, de quo infra.

1647. *Dominicus Freguglia*. Conſultationes illius manuſcriptæ extant apud D. Antonium Fregugliam nepotem. Objit die 2. Decembris 1675. jacetque in S. Mariæ in Vado.

pag. 245. *Philippus Morlacchetti Medicus*. Jacet in Eccleſia PP. Cappuccinorum, ibi depoſitus die 13. Octobris 1664.

Cæſar Lollius Medicus. Sui deſiderium reliquit die 22. Auguſti 1676. Sepultuſque fuit in Eccleſia Cathedrali.

Gratius Contrius. Præter Diſceptationes Forenſes ſcripſit Adnotationes ad Statuta Ferrariæ, quæ apud Gratium Bracciolium Cauſidicum, & Contrii nepotem extant manuſcriptæ. Occubuit die 20. Aprilis 1676. Ejus oſſa in D. Dominici ſepulta jacebant in Sacello S. Dominici ſub prolixo Epitaphio in marmore ſculpto, quod labefactatum fuit, & dirutum occaſione illius Templi noviter ædificandi: Epitaphium tamen, quamvis dirutum, manet tranſcriptum in Supplemento Andreæ Borſetti pag. 66.

1650. *Franciſcus Giovanellius Medicus*. Ejus dies mortualis fuit 22.
pag. 246. Septembris 1677. fuitque humatus in Eccleſia S. Franciſci.

Dionyſius Borſettus Ord. Servorum: moderari poterant encomia, & verba illa *inſignis*, *eloquentiſſimus*, *magnus*, *diſertiſſimus &c.* quæ in cauſa Patrui non benè ſonant: ſed fortaſſe, cum in hoc opere ſint verba omnium, & quorumcumque communia, nihili facienda erunt, tamquam nullius ſignificationis: quod & dicendum venit de quibuſcumque aliis frequentiſſimis, nunquamque ceſſantibus laudibus Civitati, Univerſitati, Collegiis, aliiſque rebus impertitis.

Almeri-

Almericus Paſſarelli J. U. D. Preter Tomum primum *Tractatus de Donationibus*, alteram quoque partem paraverat, quæ manuſcripta in Bibliotheca PP. Theatinorum Ferrariæ extat; Item *Lectiones*, *& Allegationes* tum civiles, tum criminales, in Bibliotheca Candidi Ciaraffoni cauſidici ſervatas olim vidi, quæ modò quorſum diverterint penitus ignoro. Scripſit pariter *Elucubrationem ſuper tit. Decretal. de Judiciis*, quæ apud Cler. Reg. Theatinos manuſcripta legitur.

Joſeph Magnonus J. U. D. Objit anno *1699.* die *6.* Januarii, & in Eccleſia S. Dominici tumulatus fuit. 1651. *pag.* 247.

Paulus Bartolus. Sepultus fuit in Eccleſia S. Spiritus an. *1697.* die duodecima Martii.

Ludovicus Agolanti. Decubuit Kal. Februarii *1684.* ſepultuſq; jacet in Eccleſia S. Mariæ in Vado.

Jo: Baptiſta Juſtinus. Qui prior ab Aretio Etruriæ Ferrariam ſe contulit. Deceſſit die 5. Aprilis *1686.* humatuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ Servorum in ſepulchro ſibi parato. Fuit Anathomicus ævo ſuo clarus.

Dionyſius Scutellarius Medicus. E vivis ſublatus eſt die 30. Maii *1679.* jacetque in Eccleſia S. Spiritus. 1652. *pag.* 248.

Carolus Cavallinus Medicus. Senio confectus objit die 27. Octob. *1698.* ſepultuſque fuit in Eccleſia Cathedrali. Nicolaum filium unicum genuit, per quem hæc ſtirps finem ſuum habuit die *26.* Auguſti 1708. Alumnos plures procreavit, inter quos Franciſcus Salmius Medicus, de quo infra, magnopere enituir.

Paulus Bonaccioli Juris-Conſultus. E vita migravit die 11. Februarii 1783. humatuſque fuit in S. Dominici. *pag.* 249.

Auguſtinus Zanchius. In Medicina, & in Jure exercitiſſimus, ſed in hac poſtrema facultate pro domo ſua tantùm: multas enim facultates cumulaverat, pro quibus a latronibus invaſus, nocturno tempore, fortiter dimicavit, ſeſeque defendit, ac vitam uſque ad ſenectam, & ſenium protraxit. Occubuit itaque die 19. Decembris anno *1693.*, & in Eccleſia S. Spiritus tumulatus extitit.

Jacobus Lombardi Medicus. Scripſit Orationem *de Laudibus Divi Lucæ.* Objit anno *1684.*

Alphonſus Braſavolus. Sui deſiderium reliquit die *19.* Aprilis *1665.*, & humatus fuit in S. Andreæ. *1659.*

Cæſar Amadorius Medicus. Occubuit die 18. Seprembris *1690.* humatuſque fuit in Eccleſia Confrat. S. Antonii Abbatis.

1660. *Hyppolitus Bentivolus Marchio*. Scripſit *L' Achille in Siro Fa-*
pag. 250. *bula* drammatica, *Antidoto politico contro la Peſte*. *Capitoli del Monte di Pietà*. Bibliothecam ſatis locupletem inſtruxit: tandem objit anno 1685. Kal. Februarii, & in Cappuccinorum Eccleſia tumulatus extitit. Tres poſt ſe reliquit liberos, Aloyſium, qui ſtirpem ſuam propagavit. Cornelium S. R. E. Cardinalem, & Aſcanium Equitem, ac Commendatarium Hieroſolymitanum.

Carolus Carpius U. J. D. Qui deceſſit die 12. Octobris 1678.; ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Andreæ.

1665. *Jo: Baptiſta Gozius*. Verè Reorum Advocatus preſtantiſſimus. Dies clauſit anno 1715. in Patria.

Ludovicus Andreolius J. C. Vivere deſiit die 14. Septemb. 1674. Jacet in Templo S. Spiritus.

pag. 251. *Julius Bordanius Medicus*. Sepulchri honore decoratus fuit die 27. Junii 1694., & in Oratorio Spiritus Sancti depoſitus fuit.

1672. *Franciſcus Maria Nigriſolius Medicus*. Magni nominis, natus anno 1648. atque ideo Sermo, ſeu diſcurſus *ſopra il fare l' elezione degli Uffiziali pubblici &c.* falsò tribuitur huic Franciſco Mariæ. Elucubratus enim fuit a Franciſco Nigriſolio anteceſſore, & gentili hujus Franciſci Mariæ, cujus opera tum typis evulgata, tum manuſcripta, & inedita plura ſunt quàm ea a Borſetto, ex Mangeti enumeratione tranſcripta. Extremum diem clauſit 4. Id. Decemb. 1727. ac in Eccleſia S. Franciſci depoſitus in ſepulchro illorum de Bonfranceſchis de Arimino, illi deſignatum fuit hoc elogium inſcribendum in Auditorio inferiori Artiſtarum, in quo diſputationes Scholaſticæ haberi ſolent. Ex Ephemerid. Baruffaldi 1728.

D. O. M.
Franciſco Mariæ Nigriſolio Ferrarien.
Philoſophicæ, ac Medicæ facultatis Viro periti ſſimo, atque in Patrio Gymnaſio Profeſſori primario. Qui ita de ſalute publica, domi, foriſque; opere, ſcriptis, & conſilio meritus eſt, ut ejus nomen, & fama nec vetuſtate obrui, nec oblivione deleri poterit. Quapropter ampliſſimis honoribus cumulatus, loco Cenotaphii, omnium Magiſtratuum conſenſu decoratus eſt.
Vixit Ann. LXXIX. Menſ. III. dieb. XXIV.
Objit IV. Idus Decemb. MDCCXXVIII.

Qua

Qua occaſione omittendum non arbitror Elogium alterum in ſcholis publicis Artiſtarum inſcriptum in laudem Hieronymi Nigriſolii olim ibi Lectoris primæ ſedis, qui objit anno 1689., & parens fuit nuper memorati Franc. Mariæ.

D. O. M.

Quotquot ad ſublime hoc, & excelſum Sapientiæ Capitolium acceditis, oculos, animumque convertite ad hanc reſtitutam, diuque expectatam

Hieronymi Nigriſolii

Ferrariæ, antiquæ originis Civis Memoriam. Hic Vir, morum integritate, ac multiplici ſcientiarum Ornamento eximius, atque præclarus, ſub famatiſſimis præceptoribus: Galeotto Recalco, Nicolao Cabæo, & Mauritio Calanio in ſcientiis profecit adeò, & potiſſimùm in Philoſophica, & Medica facultate, ut ejuſdem fama in dies percrebreſcente atractus Sereniſs. Ferdinandus Gonzaga Guaſtallæ Dux, illum in ſui, ac celſiſſimæ Familiæ Medicum, honorifico admodum conſtituto ſtipendio, conduxerit. Quo in munere ſapienter adeo, feliciterque ſe geſſit, ut non Principis tantum, verum etiam exterorum admirationem, plauſumque ſibi conciliaverit: donec vita functo Mauritio Calanio recolendi nominis Medico, almoque in hoc Lyceo Philoſophiæ Lectore primario, publicis litteris in Patriam revocatus, ut ejus, quem Præceptorem habuerat, jacturam repararet, oblatam prædefuncti Cathedram ingreſſus, in ea ad interitum uſque, maxima cum laude ſe geſſit, Medicam Artem tum publicè, tum privatè docendo, & exercendo, optimiſque ſcriptis prælo demandatis exornando. Tandem præcipuis Patriæ honoribus, ac dignitatibus, iterum, atque iterum, meritò cumulatus, poſtremum objit diem ann. ætat. ſuæ LXIX. ſextò idus Maii. A Chriſti verò Nat. MDCLXXXIX. Franciſcus Maria Nigriſolius. Ph. & Med. D. Paternæ virtutis admirator, atque ſectator, necnon in eadem Cathedra ſucceſsor, Parenti dilectiſs. Præceptori opt. Hoc Amoris Mon. P. C.

Digitized by Google

pag. 252. *Petrus Michaelius Medicus*. Adhuc juvenis extremum diem clauſit anno 1679. die 17. Junii, ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Spiritus. Non nulla *Carmina* hujus Petri habemus typis evulgata in laudem D. Lucæ.

Joannes Andreas Nigriſolius. Ravennæ, Adriæ, & Cerviæ Vicarius, Ferrariæ reſidens. Deceſſit die 26. Junii 1693. ſepultuſque fuit in Eccleſia Cathedral.

Florius Torri. Objit anno 1688. in Civitate Mantuæ ubi Senatorio munere fungebatur.

1674. *Hieronymus Nigriſolius*. Alter ab eo jam nuper deſcripto. Objit Kal. Auguſti 1682. Jacet in tumulo ſuo familiari in Eccleſia S. Mariæ de Roſa.

Petrus Boari Medicus. De Terra Portus Majoris ubi quoque diem ſuum clauſit extremum valde ſenex.

1675. *Alphonſus Veneticus de Bondeno Medicus*. Sepultus fuit in Eccleſia PP. Theatinorum die 29. Novembris 1694.

Jo: Petrus Ferrarienſis. Cujus facultatis profeſſor fuerit penitus ignoratur, & tamen in Rotulo anni 1675. deſcribitur.

pag. 253. *Franciſcus Lana Soc. Jeſu*. Cathalogus ejus operum exactius ſcribitur ab Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Soc. Jeſu.

Nicolaus Bellaja Medicus. Adeò recens eſt hujus Medici Phiſici interitus, ut ferè omnes viventes reminiſcantur. Objit itaque die 10. Novemb. 1729.

1676. *Carolus Brunaldi S. Theologiæ Doctor*. Verus Iſraelita, in quo dolus non erat. Scripſit *Regola per ben confeſſarſi*. Bononiæ per Jacobum Montium. Item *de Sacramento* Ordinis MS. Ejus geſta evulgata fuere in libello typis edito anno 1704. cujus author fuit Jo: Baptiſta Blanchinus. Senio, & labore conſumptus vivere deſiit in Canonica ſuæ Eccleſiæ Terræ Trecentæ die 5. Octobris 1707. Lector emeritus conclamatus fuerat anno 1702. Per illius obitum, deſiit quoque Academia Theologalis Trecentæ ab eo inſtituta nuncupata *de Coſtanti*. Deleatur igitur e libro noſtri Borſetti nomen Maſſæ ſuperioris, & nomen inſcribatur Terræ Trecentæ.

1677. *Octavius Cappelli Medicus*. Inter Arcades *Amiſus Bacchicus*. Poeticæ facultatis ſpecimen italicum dederat anno 1692 nonnullis carminibus inſcriptis: *La Penna Animata*. Scripſit quoque *Medicam animadverſionem guſtus depravati, & ſalivæ vitiatæ in quadam muliere:* quæ Animadverſio inſerta eſt in Diſſertatione *de ſaliva humana* Joſephi Lanzoni typis edita Ferrariæ 1702. fol. 76.

76. objit anno 1711. & ſepultus fuit in familiari ſepulchro apud Fratres Servorum. Alii tamen aſſerunt in Eccleſia S. Mariæ in Vado quæ erat in vicinatu Domus ſuæ.

Joſeph Spagnolius J. U. D. Sepultus fuit in Eccleſia FF. Servorum die 21. Septemb. 1696. 678. pag. 254.

Petrus Leo Marchionnus J. U. D. Suo ævo Magni nominis Advocatus, Deceſſit anno 1715. Menſe Septembris. Orationem funebrem elucubravit in funere Co: Nicolaj Cajetani Manfredi, Judicis ſapientum, qui deceſſit anno 1687. Illi de Marchionnis ab Orciano originem ducunt.

Ambroſius Noris Cauſidicus. Origine Veronenſis, e vivis ſublatus fuit die 13. Auguſti 1691. ſepultus in Eccleſia Sanctimonialium Cappuccinarum. 1677.

Jacobus Minius Ronchegallius. Poſtremum verò cognomentum Illi datum fuit ratione hæreditatis a Communi Ferrariæ. Allegationes varias typis evulgavit. Occubuit die 24. Auguſti 1729. Lector emeritus, ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Pauli.

Aloyſius a Fabra Medicus. Objit Protomedicus die 6. Maii 1723. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Nicolai C. R. Somaſch. Hujus Viri impulſu affixa fuerunt ſtemmata Illuſtrium Lectorum Ferrarienſis Univerſitatis in parietibus porticus Scholarum.

Jo: Franciſcus Ferri Comaclenſis, non Ferrarienſis, Almerici Paſſarelli Alumnus. Nomine hujus Ferri publicata fuit *Hiſtoria Comaclenſis* ſcripta verè, & realiter a D. Bartholomæo Ferro Cler. Reg. Theatino, ejus Patruo. Magnæ expectationis adoleſcens ſui deſiderium reliquit in Patria. 1680. pag. 255.

Georgius Martelli de Comitatu Bononienſi. Ad Cathedram in hac Univerſitate cooptatus, experimentis conſuetis adhibitis. Deceſſit tandem anno nuper elapſo.

Hic Borſettus admonet Lectorem, ſe temperaturum a laudibus eorum, qui adhuc inter vivos enumerantur; ne potius quàm vera dicere, gratiæ captandæ ergo loqui videatur: ſed cum permultos ſubinde recenſeat Viros jam morte ſublatos, epocha hujus anni 1680. cujus Rotulum affert, claudicare videtur: nam non ſatis liquet quinam Virorum adnotatorum vivant, quinam inter mortuos adnumerentur, cum non de ſingulis (certè demortuis) notam mortualem referat. Spectat igitur ad Lectorem mortuos e vivis ſecernere, & de laudum moderatione judicare. Hujuſmodi incommodo poterat facile Borſettus occurrere, librum Officii Bullettarum percurrendo (qui Ferrariæ Notarium ſuum deſi-

deſignatum habet) cuilibet petenti aperibilem. Hoc pacto Lector dum pauca enarrata percurreret, de aliquo Doctore ſive Lectore, laudum penuriam certò ſciret, an a moderatione propoſita proveniat, eo quia talis Doctor inter vivos adhuc enumeretur, an vero a penuria rerum ſingularium talis deſcripti Viri. Sed textum recurramus.

Joannes Dominicus Benetti. Opus *Medico-morale* a Benetto conſcriptum, prolixiori elogio erat referendum. Prima pars continet *Adnotationes in Jo: Baſcarini Medici Ferrarien. Diſpenſationum Medico moralium Canones XII. totidemque explanationes de Jejunio quadrageſimali*. Secunda continet *Appendicem de Miſſa, & Horis Canonicis*. *Additionem ad Parochos, Monialium Confeſſarios, & Medicos*, ubi de Confeſſione, & Viatico, & extrema Unctione, quantùm ad Medicos ſpectat. Corollaria Additionis *De Pœnitentiis*, ac *de Oratione*, Mantuæ 1718. per Albertum Pazzonum. Objit Author Menſe Januarii 1732. ſepultuſque fuit in S. Franciſci. Binos poſt ſe reliquit liberos: Nicolaum, & Thaddæum, ambos in medica facultate laureatos.

1681. *Liborius Brixianus Medicus*. Huic dicata fuit Epiſtola, ſeu diſſertatio de Charta, Franciſci Mariæ Nigriſolii. Medicus conductus fuit in Romandiolæ Oppido, Fuſignano nuncupato D. D. de Calcagninis prope Oppidum Lugi, ibique e vita migravit anno 1715. de menſe Maii, epidemico morbo invaſus.

Stephanus Cupilli Cler. Reg. Somaſc. Venetus. Hic Tipographiam in Collegio Somaſchenſi S. Nicolai Ferratiæ inſtituit, quæ tamen non diu ibi radices fixit.

1682. *Sigiſmundus Nigriſolius Hieronymi fil., & Franciſci Mariæ frater*.
pag. 256. Præpoſituram, quam in Eccleſia Cath. Joannes Andreas Patruus ſuus gerebat, obtinuit, ſed per breve temporis ſpatium: Nam ſubita morte correptus deceſſit die 20. Maii, & ſepultus fuit in Eccleſia Cathedrali. Academiæ Intrepidorum ſecretarii munere diu functus fuerat, cujus deinde locum Julius Cæſar Grazinus occupavit.

Marcus Antonius Freguleus. Vere eximius Doctor, & Cauſarum Patrocinator. Objit in Civitate Faventiæ die 4. Januarii 1726., ſepultuſque fuit in Eccleſia Parochiali S. Terentii, per modum depoſiti. Perſolutæ illi fuerunt ſolemnes exequiæ Ferrariæ die 6. Februarii in Eccleſia Confraternitatis Mortis, & Orationis, inter quas, Orationem funebrem habuit de laudibus defuncti, Jacobus Agnellius Phil., & Med. Doctor, & in pub. Gymnaſio Lector.

In

In Scholis Publicis Juriſtarum inſcriptum fuit illi elogium hujuſmodi.

Marco Ant. Freguleo Ferrarienſi Inclyto, præclariſsimo Viro, omnium virtutum, ac ſcientiarum genere ornato. In almo hoc Lyceo profeſſori primario. Qui poſt navatam pluries, arduis in rebus operam: præſertim verò in maxima Rheni fl. controverſia, Ferraria, Bononiæ, Æmiliaque Provincias inter, diutiſsime agitata: ea demum recrudeſcente: junctoque iterum a Decemvirali Magiſtratu defenſionis onere, longævus licet, nec firma ſatis valetudine, Faventiam ſe contulit; Ubi coram Eminentiſs., & Reverendiſs. Card. Julio Piazza Urbis illius Antiſtite, a Sanctiſs. D. N. Benedicto XIII. P.O.M. Regnante delegato, innocua dicti fluminis avertendi ratio erat inquirenda. Quo in munere, dum ſui immemor, totus Patriæ incolumitati vacaret, vehementi correptus morbo, Animam Deo reddidit Prid. Non. Januarii Ann. MDCCXXVI. ætat. vero ſuæ LXXIII. Jacobus Co: De Nigrellis Sap. Judex; Sapientes Magiſtratus, ac Aloyſius Marchio de Bentivolis, & Gaſpar De Monte Almi Gymnaſii Moderatores, Civi de Rep. O. M. hoc grati animi Monum. Anno eodem

P. C C.

Antonius Maria Bononius Medicus. Ceſſit e vita annis nuper præteritis, dum eſſet Magni Noſocomii S. Annæ Archiater.

Hieronymus Lollius Medicus. Deceſſit die 9. Maii *1696.*, & ſe- 1684.
pulchri honorem obtinuit in Eccleſia Cathedrali unà cum Matre, & Fratre paucorum dierum ſpatio morte interemptis.

D. Aloyſius Bentivolus de Aragonia Marchio &c. Domi ſuæ Cæ- 1685.
tum Arcadum Coloniæ Ferrarienſis congregavit, ibique anno *pag. 257.*
1703. pro laurea a D. Annibale Albano SS. Clementis XI. Nepote adepta, ſolemne feſtum litterarium, Paſtorum, & Arcadum more celebravit, in qua dictus Marchio Aloyſius luculentiſſimam Orationem habuit. Feſtum hoc a Hieronymo Baruffaldo deſcriptum fuit in libello ſejuncto, & typis edito anno 1704. Vivit adhuc.

Antonius Franciſcus Righettus. Advocatus Centenſis, & in Oppido Centi natus anno 1654. die 17. Junii. Deceſſit hoc anno 1741.

Marcus Antonius Piſanus J. U. D., & Lector emeritus. Gubernator Terræ Trecentæ, ubi deceſſit die 7. Martii 1728.

M.

M. Antonio Piſano J. U. D.
In Ferrarienſi Univerſitate Publico
Lectori Emerito
Atque per Annos XXX.
Trecenta, aliorumque Oppidorum
Romano Diplomate
Gubernatori Integerrimo
Quo in munere obeundo Deceſſit
Die V. Martii MDCCXXVIII.
Fratres, & filii mœſtiſs.
M. P. P.

1686. *Robertus Obizzo Marchio*. E vita migravit die 24. Aprilis 1702. Jacet in Sacello ſuo apud Eccl. S. Mariæ in Vado.

Franciſcus Farrius J. U. D. Vivere deſiit die 27. Octob. 1716. Vir gravis, & probus, & in poetica facultate verſatus.

Franciſcus Salmius Medicus. Poema latinum ab eo elaboratum, ſed non abſolutum, non fuit de *Re Medica*, ut placet Borſetto, ſed de *Re Anathomica*. Specimen poeticum hujus Viri optimè cadit, ut ita aliquid oculis omnium appareat, ſed nimis prolixè datum eſt. Quid ſibi vult, quæſo, verbum illud *quotacumque* in carmine quadrageſimo ſexto ad pag. 259. Objit Salmius die 5. Octobris 1717.

1688. pag. 260. *Raynaldus Squarcionus*. Moritur anno 1717. die 20. Octobris.

Hyacinthus Mazzucchius Ord. Præd. De eo Papadopolius difusè ſcribit T. 1. l. 2. ſect. 2. c. 24. n. 5. perperam adnotando *Mazzarchius*, non verò *Mazzucchius*; Ibi honoraria aucta illi uſque ad quadringentos, & quinquaginta Florenos aſcendiſſe narratur. Vir doctus, eloquens, & prudens prædicatur. Objit Patavii.

pag. 261. *Joannes Magrini Soc. Jeſu Imolenſis*, vel ſaltem in Æmilia natus. Deſiit vivere anno 1698. Ferrariæ. Jacet in Eccleſia Cathedrali.

Hyacinthus Agnellius. Ille magnus [ſi fas eſt dicere] Procer, cum quo in Hiſpaniam iter ſuſcepit, fuit Princeps de Sancto Bono Neapolitanus. Ad Præsbyteratum aſſumptus, optimus Sacerdos non minus, quam excellens Medicus evaſit. Penſionem ſibi oblatam a Card. Ruffo Epiſcopo Ferrariæ, cui opem medicam magna ſollicitudine præſtabat, laudabili magnanimitate recuſavit.

Cor-

Cornelius Bentivolus de Aragonia. S. R. E. Card. Hippolyti filius, olim Orator ad Summum Pontificem electus, dein Armorum pro S. Sede Apoſtolica Generalis Commiſſarius; tandem ad Regem Galliæ Nuncius: quo in munere ad ſacram purpuram evectus fuit die 29. Novemb. 1719. a Sanctiſſimo Clemente XI. Patriam ſuam, quam maxime colebat, maximo honore decoravit. In patria Univerſitate jam laurea doctorali inſignitus fuerat die 6. Decemb. anni 1701. Præter *Thebaidem Statii* carmine italico ſoluto elaboratam, typis habemus *Orationem* pro Academia Bonarum Artium, Romæ habitam in Capitolio anno 1707. Inſuper *Complimento a S. M. Criſtianiſsima nella ſua prima pubblica Udienza delli 25. Ottobre* 1712. Dum Pariſiis moraretur novam procuravit editionem operum Herculis Bentivoli anteceſſoris ſui: nempe *Satyrarum, Comædiarum, aliorumque Carminum Italicorum.* Novam demum Moralem Philoſophiam italicè ſcripſerat, quæ tamen apud hæredes manuſcripta remanſit. Tandem objit Romæ die 30. Decembris 1732. ſepulchroque traditus fuit in Eccleſia S. Jacobi nationis Hiſpanorum. Loco epigrammatis Franciſci Lelli, a Borſetto convenientius dicendum erat de ſolemnibus litterariis conventibus habitis ab Academia Intrepidorum Ferrariæ, tum pro illius ad Cardinalatum aſſumptione, tum pro ejuſdem funere, ubi elegantiſſimæ Orationes habitæ fuere, & carmina plurima elaborata.

Ignatius Stiatiens Medicus. Vitam cum morte commutavit die 13. Februarii anni 1709. ejuſque cadaver in Eccleſia S. Pauli depoſitum fuit.

Joſephus Lanzonus Medicus. Hujus eximii Archiatri geſta diffuſè ſcripta fuerunt tùm latinè, tùm italicè a Hieronymo Baruffaldo. Italicè legitur illius Vita in Tomo XII. Opuſculorum nuper editorum Venetiis anno 1735. ab Angelo Calogierà Monaco Camalduleñ. pag. 140. Latinè verò in editione omnium illius Operum tribus tomis compræhenſorum Lauſannæ anno 1738. habita ſumptibus Michaelis Bouſquet, & ſociorum. Ibi extat elogium ſepulchrale Lanzono deſignatum in Eccleſia S. Mariæ de Roſa Ferrariæ, ubi tumulatus obdormit. Eſtque hujuſmodi.

Joſepho Lanzono Ferrarienſi Philoſopho, & Medico celeberrimo. Earundemque facultatum in Patrio Gymnaſio interpreti, & Profeſſori primario. Viro planè ingenuo. Vita ac morum ſuavitate, & candore nulli ſecundo. Summis honoribus in Patria cumula-

to. Quem Univerſa Italia, quem Germania in Leopoldino-Carolino-Cæſarea Academia ſocium eruditiſſimum, ob eximias animi dotes, & humanarum litterarum, optimarumque artium ſtudia tot ſcriptis illuſtrata, conqueruntur. Clara Monaria Uxor infelicíſſima, & Aloyſius filius unicus, hoc amoris & veræ fidei teſtimonium cum lacrymis P. P.
Vixit Ann. LXVI. M. III. D. V. Obiit Kal Febr. MDCCXXX.

Inſuper aliud Elogium deſignatum fuit inſcribendum in publicis ſcholis Univerſitatis, cujus verba ſunt.

Æternæ memoriæ Joſephi Lanzoni Civis Ferrarienſis. Philoſophi, ac Medici in Patria, & ubique locorum eximii. Qui cum in hoc Gymnaſio Profeſſoris ordinarii munus per annos XL. exercuiſſet: Lectoris demum primæ ſedis honore decoratus, anno vix tertio inchoato, morte ſublatus docere deſiit, immortalitate tamen ſibi comparata ſcriptis in Philoſophia, Medicina, & multiplici eruditione, diſcipuliſque plurimis utraque laurea redimitis, ſe præbere Magiſtrum non ceſſabit.
Hæredes ex merito P.P.
Vixit Ann. LXVI. Ob. Kal. Februarii MDCCXXX.

Elenchus Operum Lanzoni habetur in primo Tomo Leuſannenſi, hoc pacto.

In I. Volumine. *De Venenis. Citrologia. Zoologia parva. De Clyſteribus. De Lacrymis. De Febre Quartana. De Saliva humana. De Medici officio. De Allio. De Dentibus. De Pericardio.*

In II. Volumine. *Conſultationes Medicinales. Obſervationes Medicæ ex miſcell. Nat. Curioſ. depromptæ.*

In III. Volumine. *De Balſamatione Cadaverum. De Coronis, & Unguentis cum notis H. Baruffaldi. De luctu mortuali veterum. Adverſaria. De Jatrophyſicis Ferrarienſibus. Proluſio ad Philoſophiam Naturalem. Diſſertationes variæ. Additio in Diſſertationem Olai Borrichii de lapidum generatione. Scholia in Obſervationes Medico Chirurgicas Henrici a Moynichen. Animadverſiones variæ ad Medicinam, Anathomiam, & Chirurgiam facientes.*

Quæ verò Italicè ſcripta ſunt habentur in elencho Opuſculorum Calogerianorum, ſuntque. *Ora-*

*Orazione in morte del Co. Niccolò Palla Strozzi. Lettera erudi-
ta ſopra il Caviale, e Bottarga. Lettera del Bere caldo. Ragio-
namento intorno all' eccellenza del Mele. Ragionamento intorno al-
la viſione. Rime Italiane ſparſe per varie Raccolte poetiche.*

Joſephus Bartolus J. U. D. Preter opus a Borſetto enunciatum 1691.
ſcripſit *Vita di Luigi XIII. Re di Francia*, quæ inedita apud Hæ- pag. 263.
redes ſuos ſervatur. Mortuus eſt die 4. Septembris 1729.

Petrus Dominicus Voltolina Medicus. Caroli Ovidii Filius ſcri-
pſit Diſſertationem Phyſicam, & Philologicam *De Olea* nuſquam
tamen typis vulgatam. Obiit anno 1728. die 19. Januarii, ſepulch-
roque datus fuit in Eccleſia S. Pauli.

Hyacinthus Bellani Medicus. Objit die 14. Septembris 1729.

Borſius Ferrus Med., Giberti Medici Filius. Deceſſit die 3. Ap-
rilis 1729., jacetque in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Canonicorum
Lateranenſium.

Franciſcus Caſtracanius Britinorienſis, vel ſecundùm alios Fanen- 1693.
ſis. Penes Marchionem Hippolytum Bentivolum Præceptor fuit
Aloyſii, & Cornelii Fratrum, filiorumque ejuſdem Hippolyti.
Vicarius Præpoſituræ Pompoſianæ, & S. Officii Conſultor. Ceſſit
fatis die 8. Auguſti 1724. ſepultuſque fuit in Sacrario Eccleſiæ
Vicarialis S. Romani Mart. cujus Eccleſiæ Vicarius perpetuus, &
quidem eximius, extiterat.

Franciſcus Mazzucchius Medicus. In Oppido Argentæ ubi con- pag. 264.
ductus fuerat, objit die 10. Septemb. 1729.

Nicolas Scutellarius J. U. D. Deceſſit anno 1715. 1694.

Franciſcus Juſtinius Medicus Anathomicus. Omnium mœrore de-
ceſſit anno 1735. ſepultuſque fuit in Eccleſia Sanctimonialium Cap-
puccinarum.

Silveſter Martinius. Ord. Præd. occubuit ætate longævus anno
1738. menſe Julii, Mediolani Inquiſitor generalis illius Provinciæ.

Plures alii ex Prædicatorum Ordine, & Patria Ferrarienſes ad-
huc florent; atque ideò iniurioſus illis videtur favor iſte adnotan-
di hìc unicum P. Sirenam, cæteros omittendo.

Candidus Ciaraffonus J. U. D. Origine Piſaurenſis, & Franciſci 1695.
Cauſidici fil. Repentina morte ſublatus fuit Kal. Februarii 1723.
ſepultuſque fuit in S. Franciſci. Non omnia ejus ingenii monu-
menta periere; nam *Annales Ferrarienſes* ab eo conſcripti, adhuc
apud hæredes illius reperiri teſtimonium habeo. Habeo quoque
nonnulla ſcripſiſſe ſcholia ad Juvenalis, Perſii, & Horatii Satyras,
nec non ad Petronium Arbitrum, nova eruditione redundantia.

1698. pag. 265. *Franciſcus Riccius J. U. D.* Objit nuper anno 1738.

Matthæus Maraldus Sac. Th., & J. U. D. Nec non Eccleſię Cathed. Canonicus. Repentina morte ſublatus fuit die 8. menſis Octob. 1708. adhuc in florenti ætate: Jacet in Cathedrali.

Cæſar Pariſius Favallius J. U. D. Objit die 16. Februarii 1709. ſubitanea correptus morte extra domum ſuam, & in Palatio D. Æmiliani Travaglini Camerę Apoſtolicæ Commiſſarii Ferrariæ. In Academia pro illius obitu habita, Orationem ſatis elegantem elaboravit Ferrantes Borſettus hujus Hiſtorię Gymnaſticę author; Quamvis notionem hanc ex ſui modeſtia omittat, attamen in hoc ſupplemento illam prætermittendam fore non judico; nec epitaphium, quod in fine cujuſdam elegiæ a Franciſco Lellio elucubratæ, inſcriptum legitur: eſtque hujuſmodi.

Cæſaris exuvias anguſta hæc excipit Urna,
Cujus virtuti vix ſatis orbis erat.
Non ſibi: Amicorum, Patriæque in commoda vixit:
At dubium eſt, dudum vixerit, annè parum.
Virtutem ſpectas? ſat vixit: perſpicis annos?
Forte parum: ſpectas publica vota? nihil.

Rerum hiſtoricarum, ſive ad hiſtoriam pertinentium a Favallio conſcriptarum, prout nobis ſuadere conatur Borſettus, una fortaſſe erit anonyma *Epiſtola* illa Hiſtorico-critica italicè ſcripta, cum qua Hiſtoriam Ferrarienſem Hieronymi Baruffaldi, aggreditur, & ad trutinam vocat, quæ typis Patavinis evulgata habetur an. 1713.

Hippolythus Palmerius Soc. Jeſu, occubuit 1734.

1702. *Gaſpar de Monte* Marchio diem extremum clauſit 20. Novemb. 1734., jacet in Eccleſia Confraternitatis Spiritus Sancti ſub hoc epitaphio.

D. O. M.
Gaſpar Marchio de Monte
Patritius Ferrarien. Annis duobus, & triginta Patriæ Univerſitatis Moderator aſſiduus. Ingenuis moribus Civis. Providis Conſiliis Eques ſpectatus H. S. E. Maſculo de agnatione relicto nemine. Ob. XII. Kal. Dec. A. MDCCXXXIV. V. A. LX. M. V.
H. M. H. N. S.

Benedictus Zoccolati Ord. Carm. Cong. Mant. Vir in via Re-
ſo-

ſoluti Bacconis excellens Theologus. Objit in Cœnobio S. Pauli, multis cumulatus meritis ob evulgata opera P. Joſephi Zagaleæ, cujus ipſe Diſcipulus fuerat acceptiſſimus, & ſtrenuus imitator.

F. Laurentius Roſſi Ord. Min. Convent. magni nominis. Hic fuit Cœnobii S. Franciſci, nec non ejus Eccleſiæ maximus reſtaurator. 1708.

Jo. Franciſcus Scutellarius Canonicus. Sac. Th. Doctor, qui deceſſit die 20. Febr. 1728.

Antonius Franciſcus Botticinus. Plura habentur ejus carmina italica typis edita. E vivis receſſit die 29. Junii 1730. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Mariæ Servorum. Medica conſilia extant MS. pag. 268.

Franciſcus Agnellius J. U. D. Et Ferrarienſis Rotæ Auditor, ſui deſiderium reliquit menſe Decemb. 1736. 1712.

Bernardinus Gibertus Medicus. Objit die 12. Martii 1727.

Ægidius a Fabra Aloyſii fil., & ipſe medicæ facultatis profeſſor. Preter librum *de Aere* jam typis editum, ſub prælo habet Chronologicum opus *de Ferraria Civitate*.

Jo. Benedictus Coattus Advocatus ſemper recolendę memoriæ. Denatus eſt menſe Auguſti 1734. 1715.

Laurentius Juſtinus J. U. D. Objit die 21. Januarii 1727.

Jo. Dominicus Borſetti. Excellens Advocatus, & morum probitate eximius. E vivis ſublatus fuit die 28. Auguſti 1739., & ſepulchri honore proſequutus in Eccleſia S. Dominici.

Hercules Gratiadei. De hoc legum interprete, & primario Judice, plura habentur in libro Ephemeridum Ferrarienſis Gymnaſii anni 1728. fol. 10. per quæ dignoſci poteſt quanto flagret amore erga Ferrarienſem Univerſitatem, dum tot ad illius ornamentum promovit opera, & ſtudia. Præ omnibus verò in hoc eminet, ut ſe ipſum, & labentem ætatem ſuam per clariſſimum Hippolytum filium ſuum Eccl. Cath. Decanum reſtauret.

Benedictus Malvetius, objit die 25. Aprilis 1730.

Nicolaus Leciolus, deceſſit 22. Octob. 1726.

Gaſpar de Piſcibus. Si iſte Lector extraordinarius hic adnotatur, cur non alii, qui hoc munere perfruuntur?

Jacobus Pelagatti, objit anno 1734. Hic multas Conſultationes magnæ molis perſcripſit, quæ ſi in unum compactæ forent, plurima, & quidem non exigua volumina conficerent.

Nicolaus Quercius Medicus, objit die 27. Julii 1730.

Franciſcus Maria de Majo, deceſſit 23. Jan. 1726. 1723.

Hieronymus Baruffaldus. Recta ſcribendi methodus poſtulabat, ut ſeriatim deſcriberentur in hac Hiſtoria Gymnaſtica anni, in pag. 270.

qui-

quibus hic Lector ad binas Lecturas evectus fuit. Itaque dicendum erat. Anno 1720. promotus fuit ad Lecturam Sacræ Paginæ. Anno verò 1724. ad Cathedram Rhetoricæ aſſumptus fuit. Dein anno 1730. hanc dimiſit ob promotionem ad Archipresbyteratum Collegiatæ Eccleſiæ S. Blaſii Terræ Centi anno antecedenti adeptum. Elenchus ſuorum Operum mutilus eſt; non pauca enim deſunt, quæ annis anteactis, & nuper prælo commiſit nempe: *La via della Croce con le annotazioni del Barotti. Il Poeta Commedia. Eſpoſizione del Salmo Deus venerunt Gentes. Univerſitatis Ferrarienſis Ephemerides ab annum uſque* 1730. *Orazione detta nell' Accademia delle Scienze di Bologna* 1729. *Orazione in lode di S. Chiara. Il Sacrifizio di Abele*, & alia.

pag. 271. *Jacobus Franciofus*. E vita migravit anno 1739.

Joſeph Ruſca. Quænam Oratorio ſtylo edita fuerint ab hoc Advocato penitus ignoro.

Bartholomæus Borſettus. Succeſſit in Cathedra a Baruffaldo reſignata. Plura ſacra opera edidit, ſuppreſſo nomine.

1726. *Jacobus Agnellius*. Et ipſe cathedram ſupplevit a Baruffaldo derelictam, ut Greco more precepta Rhetorice doceret. Opera, tum ſoluta Oratione, tum verſu promulgavit, & quidem lectu digna.

Sebaſtianus Zanellius. Cujus conſobrinus fuit Hippolytus ille Raynaldi Mutinæ Ducis Poeta, qui e vita deceſſit Mutinæ anno 1737. die 13. Septemb., ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Agathæ, ſcripſitque Vitam, & res geſtas *a Carolo Cignano Pictore Bononien.*, item *de Littera* K *diſſertationem*, nec non carmina plura italica; nec quod ſciam, Mathematicam caluit, prout aſſerit Author noſter.

1727. pag. 272. *Angelus Dominicus Torre* de Caſali, Ord. Præd.. Subitanea morte correptus fuit de menſe Octob. 1739. humatuſque fuit Ferrariæ in Cœnobio Angelorum.

Nicolaus Orret Facinus. Joſephi Lanzoni Medici alumnus. Obiit menſe Novemb. 1733. Huic inſcripta fuit diſſertatio de Medici officio, a prælaudato Lanzono.

Jo. Ludovicus Boſchinus. Advocatus iſte ſucceſſit Hieronymo Baruffaldo in elaboratione Ephemeridum Ferrarienſis Univerſitatis, libellumque unum typis dedit pro anno 1724.

Joſeph Minius Ronchegallius. Inter Lectores non erat adnumerandus: cum enim Romæ miniſterium ſuum impleat uſque nunc, neceſſariò Lecturæ Ferrarienſi renuntiavit, cum incompoſſibilia

ſint

ſint hæc duo, nempè Cathedra quæ perſonalem reſidentiam requirit, & miniſterium Agentis, quod Romæ implendum eſt.

F. Alexander Origonius, Ord. Prædicatorum, modo verò in Civitate Firmana Inquiſitor. 1730. pag. 273.

Alexander Squarzonus J. U. D. Deceſſit menſe Maii 1734. 1731.

Atque tota verè hæc eſt Hiſtoria Ferrarienſis Gymnaſii à Borſetto conſcripta. Quæcumque alia, tum in Apendice ad hunc tertium librum, tùm in quarto, & quinto conſcripta, extra argumentum ſunt, neque ad rem gymnaſticam faciunt; Et ſanè nihil ſuperaddere mihi a principio propoſueram, cum vindicandi tantummodò Univerſitatis Ferrarienſis damna mihi in animo eſſet: ſi enim extrà ordinem, & cauſſam proſecutus fuiſſem, ſemitam Borſetti obſecundare demonſtraſſem. Verùm cum in Appendice, nec non in ſubſequentibus libris non pauca purganda, & addenda remaneant, operæ prætium duxi, Authorem, vel in lubrico proſequi, & nonnulla ſupplere, & animadvertere ſtrictiori methodo, quæ vel liniri, vel animadverti digna mihi viſa ſunt. Appendicem itaque adeamus.

Finis Libri Tertii.

AD

Digitized by Google



AD APPENDICEM

LIBRI TERTII

Supplementum, & *Animadverſiones*.

INvito animo, ſed alacri calamo aggreditur Borſettus hanc ad Hiſtoriam Gymnaſticam Appendicem. Fatetur & ipſe nihil ad rem ſuam facere, dum dicit, *ad Gymnaſium minimè pertinere*. Attamen provinciam nec perbrevem ſuſcipit, atque illam ad finem uſque perducit, cœlum novum, & terram novam revelando, & quotquot ſibi videntur in Civitate Ferrariæ per aliquod temporis ſpatium moram traxiſſe interferendo Scriptores, Magiſtros, Scholares, Viroſque de litteris benemeritos, & Concionatores uſque. Horum elenchus penè ad infinitum procederet ſi omnes Advenas Ferrariæ incolas recenſere poſſe ſibi arrogaret: nihilominus Regeſtum illud Scholarium ad Ferrarienſe Gymnaſium confluentium optime ſe habet, & Gymnaſii ipſiuſmet famam amplificat. Addam ego ſolos diſcipulos ingenuos, nobileſque, ex tota Europa, quos unus tantùm Doctor Anto-

Digitized by Google

Antonius Muſa Braſavolus docebat: quorum ſeriem ex prefatiotione Ludovici Bonacciolii ad Indicem Galeni, & in prolegomenis, ſeu epiſtola nuncupatoria Commentariorum Antonii Muſæ ad Aphoriſmos Hippocratis deſumam. Numerum implent quinquaginta trium: ſuntque hi. Hippolytus de Conſtabilibus, *pag.* 277. Franciſcus Bruſantinus Ferrarienſes, Jo. Franciſcus de Rubeis Mediolanen., Jo. Leo Dorzanus Vercellen., Philippus Parthenius de Saſſellis Novocomen., Cæſar a Caprili, & M. Antonius Florius Ferrarien., Jo. Beccarius, Franciſcus de Severis Argentanus, Camillus Grillinzoni Carpen., Hercules Pappazzonus de Mirandula, Nicolaus de Vitelliana. Troilus Cabæus Ferrarien., Nicolaus Crotus Lauden., Caſſianus Armanaſcus Novocomen., Nicolaus Giringelli de Vitelliana, Stephanus de Burgo Mutilianen., Nicolaus Chizola Brixien., Jacobus Taurinenſis, Henricus, Jacobus, & Federicus Germani, Auguſtinus Ricci nob. Lucenſis, Jo. Baccanellus Reggien., Jo: Sinapius Germanus, Gaſpar Gabrieli nob. Patavin., Georgius Dertona Creten. omnes Doctores, Vincentius Lanzetta de Ceſena, Jacobus Romagnolus Ferrarien., Alexander Cicogna Ferrarien., Jo. Agrigentinus Siculus, Sanctes de Sanctis Recanatenſis, Cæſar Buzecherinus Piſaurenſis, Petrus Pergulenſis, Jo. Baptiſta Suſſi Mirandulanus, Camillus de Pontremulo, Caſpar Erminius Tridentinus, Stephanus Graſſi Brixien., Hieronymus Graziani de Cotignola, Cæſar Foroſempronien., Julius Januen., Matheus Mediolanen., Archangelus Utinen., Petrus Gabrieli Patavinus, Jo. Gallus Ferrarien., Jacobus, & Jo. Baptiſta Canani nobiles Ferrarien., Hieronymus Aldigerius, Ludovicus Pauluccius, & Antonius Montachieſi Ferrarienſes, Hieronymus Cavanazzius, & Hieronymus a Tabula Ferrarienſes, omnes tùm Doctores, tùm Scholares ad num. 53. aſcendentes.

Ad viros denique aliquo litterario ſtudio inſignes me convertens, quorum nomina uſque ad numerum CVIII. a Borſetto perducuntur, ſanè Provinciam magnam me aggredi quicumque vir ſtudioſus fateretur, ſi ego de omnibus aliqua dicere deliberarem, nec breve, nec ſatis utile ſtudium eſſet, ſaltem quoad loci convenientiam. Dicam igitur aliquid de nonnullis a Borſetto recenſitis in gratiam bonæ amicitiæ, vel promptæ, & paratæ notionis ab eo habitæ: alioquin nuſquam finis. Ego quoque non nullos ſuperaddam ad fidem repoſitarum rerum, quas in penu meo ſervare gaudeo, deſperans & ipſe finem attingere. Quæ mihi ſuppetuntur promptè circa jam adnotatos a Borſetto afferam: quæ

verò non exigui mihi incommodi futura eſſe dignoſcam, omnino prætermittam. Neque alphabeticum ordinem ſervabo, quem & ipſe Borſettus pollicitus fuerat, ſed poſtea ſe pœnituiſse clarè patet, cum poſt recitatum Franciſcum Attendolum, referat Antonium de Alexandria. Sicut neque Chronologicum ordinem ſervat, cum poſt Herculem Eſtenſem, Leonellum Marchionem ſubmittat.

Primus itaque exterorum Virorum litteraria facultate inſignium qui Ferrariam diù incoluerunt, quorumque nulla mentio, vel ſatis modica facta eſt a Borſetto in hac Appendice ſe mihi offert.

Hieronymus Giacharius, ſive *Zacharus J. C.* Lugienſis. In materia *Syndicatus* optimum, & elegans ſcripſit Conſilium, continens articulos ab eo non minus plenè, quàm accuratè, & ſubtiliter diſcuſſos. Extat in Volumine Operum Julii Clari Alexandrini Juriſconſulti eximii, ex editione Genevenſi anni 1664. Huic conſilio ſubſcripſere Jo. Baronius, & Alexander Rondinellius ambo Juriſconſulti Ferrarienſes. Similiter in eodem opere Clariano extat alterum Conſilium ejuſdem Giacharii in materia *Monetæ Marcheſanæ, atque Beneplaciti Ducalis* pro Communitate Lugi, & Bagarelli [fortaſſe Bagnacavalli] Item in ſecundo Tomo Operum ejuſdem Clarii leguntur pro praxi criminali, non nullæ additiones ejuſdem Hieronymi, ſatis concludentes in eadem materia. Hieronymus Bonolus in Lugienſi Hiſtoria hunc ſuum concivem celebrat, ſed ejus operum non, niſi in genere loquitur. Borſettus verò nihil.

Sequitur *Æneas Vicus* Parmenſis Antiquarius, cujus generis opera non pauca typis impreſſa, & ære cuſa leguntur. Ferrariæ diu degit apud Principes Eſtenſes, ibique diem extremum clauſit anno 1567. ſepulchrique honore donatus fuit die 18. Auguſti in Eccleſia S. Franciſci.

Dominicus Catelanus Neapolitanus, olim Fani Locumtenens, inde Vicarius generalis Card. de Verme Ferrariæ Epiſcopi, cum quo degit donec ad Termularum Epiſcopatum aſſumeretur, ubi deceſſit non multis ab hinc annis. Typis evulgavit Juris allegationem *Fanen. pratenſæ immunitatis* ſatis in eo caſu concludentem. Extat in calce operis Andreæ Bertoni *de Negligentiis*. fol. 480.

Julius Avellinus Meſſanenſis in Picturæ arte Salvatoris Roſæ diſcipulus, cujus penicillo multæ per Ferrarienſium domos haben-

tur

tur tabulæ, in quibus mira elucet induſtria, præcipuè in pingendis marmoreis ædificiis confractis, tota architectonicæ artis ſervata ſtructura. Poeſim Italicam quoque coluit, Torquatique Taxi imitator, ac defenſor acerrimus fuit. Sæpe in Intrepidorum Academia, cui adſcriptus fuerat, laudibus cumulatus: tandem ſexagenario anno major infirmę valetudinis incommodis ceſſit in Noſocomio Battutorum albcrum Ferrariæ die 14. Auguſti anno 1700. ſepultuſque jacet in Eccleſia Parochiali Sancti Salvatoris.

Januarius Paſchalis Neapolitanus, & ipſe Julii Avellini ſocius, & contubernalis, ſed armorum exercitio datus in præſidio militari pontificio Ferrarienſi. Muſis vacavit in Academia Intrepidorum, in qua ſæpe carminibus italicis luſit. Marchionis Franciſci Calcagnini de Fuſignano ſecretarius ad ſenectutem properans, ſui deſiderium reliquit anno 1722.

Jo. Jacobus Paruta Nob. Venetus. Patria extorris, Ferrariæ ſe recepit, ubi læto animo diu moram trahens, uſq. ab anno 1565. Rimarium ex Poemate Ludovici Arioſti integre confecit, typiſque evulgavit anno 1566. De Civitate Ferrariæ hæc habet in epiſtola nuncupatoria Silveſtro Valerio Protonotario Apoſtolico = *Mi ricourai in luogo al mio paterno nido aſſai vicino, e pieno d' amenità, e di diletto; quale è la magnifica Città di Ferrara, le cui lodi, per riſpetto di tutti i' doni, che dalla mano liberaliſſima di Dio le ſono ſtati dati, ſon tante, e tanto degne d' eſſere alzate ſino al Cielo, ch' io non mi conoſco atto acconeiamente a deſcriverne la milleſima parte. Quì trattenuto dall' amenità, e fertilità del Paeſe, e dalla corteſia, e gentilezza de' nobili, per dare alquanto di riſtoro alla travagliata mente &c.* Senio confectus e vivis migravit anno 1591. humatuſque fuit in Eccleſia S. Andreæ die 15. Auguſti, prout ex libro Bullettarum habemus.

Angelus Grillus Nob. Januenſis, Abbas Ord. S. Benedicti Caſſinenſis, diù moratus in celebri Monaſterio Pomposiano S. Benedicti Ferrariæ, magnum Torquatum Taxum, tunc in Noſocomio S. Annæ ejuſdem Civitatis infeliciter degentem, amicum habuit, ut ex epiſtolis frequentiſſimis utrorumque horum Virorum typis editis videre eſt. Ipſe ſolus Grillus inter tot amicos, unus fuerat qui pro ſolamine tanto Viro afferendo, ſtatis diebus illum inviſebat in carcere illo detentum, & rheda ſua [hoc annuentibus cuſtodibus] per urbis amæniora loca ducebat; donec efficiorum ſuorum induſtria, amicum ab ergaſtulo redimeret. Plu-

ra ſcripſit in Cęnobio S. Benedicti, donec ad Parmenſe Monaſterium translatus,ibi diem extremum clauſit, menſe Septemb. 1629. cujus laudes diffuſè ſcripſit nuper D. Marianus Armellinus in Biblioth. Benedictino Caſſinen. t. 1. pag. 30.

B. Joannes de Toſſignano Ord. Jeſuatorum, & Epiſcopus Ferrariæ. Dum in Ferrarienſi S. Hieronymi Monaſterio degebat ſacris litteris incumbens, *Sermones S. Bernardi* e latina in italicam linguam tranſtulit. Obdormivit in Domino anno 1446. die 24. Julii, ſexagenarius: ejuſque animam in Cœlum euntem veluti ſtellam corruſcantem Moniali quæ tunc ſecum aderat, oſtendit S. Catharina de Vigris dum Ferrariæ inter Sanctimoniales Corporis Chriſti morabatur. Ejus corpus colitur in Eccleſia S. Hieronymi Ferrariæ.

Antonius Cella Soc. Jeſu Mutinenſis, dum humanarnm artium magiſter in Ferrarienſi Collegio morabatur, Opuſculum ſatis elegans carminibus italicis conſcripſit nuncupatum *Tropotipo. Norma de' Coſtumi*. Ferrariæ per Vict. Baldinum 1595. ſuppreſſo tamen nomine, & Joanni Matthæo de Pochinteſtis attributum.

Antonius Leoncillus Spoletanus Prothonotarius Apoſtolicus, & S. Officii Conſultor, jam in Parmenſi Gymnaſio I. V. interpres, & Auditor generalis. Deinde in Romana Curia Judex, & demum Rotæ Ferrarienſis Auditor, ubi volumen edidit *Deciſionum* Cauſſarum, quas in hoc Prætoriatu judicavit. Ibi per Joſephum Gironum 1642.

Marcus Antonius de Amatis Romanus. Dum in Rota Ferrarienſi Auditoris munere fungeretur, publici Juris fecit Volumen Deciſionum Almæ Rotæ Ferrarienſis Venetiis 1624., & Coloniæ 1655.

Belmonte de Belmontibus Ariminenſis in variis Auditoriis Rotalibus Auditor. Dum Ferrariæ per plures annos moram trahebat, typis evulgavit Volumen Deciſionum Selectarum, Ferrariæ 1667.

Bernardus Bembus Nob. Venetus, qui diu Ferrariæ Vicedominus pro Veneta Republica reſedit, & ſignanter anno 1498., tunc cum ſepulchrum Tomaſinæ Gruamontanæ erigi curavit in templo S. Andreæ. Plures Orationes Ferrariæ habitas, & nonnulla opuſcula ſcripta a tam eximio Senatore, in priſco volumine contenta poſſidet Hieronymus Baruffaldus.

Archangelus Piccolomineus Senenſis, ſed ex privilegio quoque Ferrarienſis, ut in fronte ejus operum inſcribitur. Anno ætatis ſuæ ſexageſimo, & a Chriſti nativitate 1586. Anathomicas prælectio-

ctio-

ctiones typis dedit in Urbe, ex officina Bartholomæi Bonfadini.

Marcus Antonius Mambelli Forolivienſis, alias nuncupatus *Il Cinonio*, Ferrariæ in Collegio Societatis Jeſu commorans, ſcripſit opus illud verè aureum, Italicè inſcriptum *Oſſervazioni della lingua Italiana* pluries typis cuſum. Objit tandem Ferrariæ 24. Octobris 1644.

Carolus Henricus Sanmartinus Pedemontanus diu Ferrariæ incola apud Card. Nicolaum Acciajolium pro Romana Sede de latere legatum, anno circitèr 1685., & ſequent. Ibi ex ingenii ſui ubertate, plura de Mathematicis Studiis provenientia palam fecit, & nonnulla etiam ex poeticis amænitatibus deprompſit. Tandem Romam repetens cum laudato Cardinali, dux militum electus fuit, & ſui deſiderium reliquit. Inter Arcades Lucanius Cinuræus nuncupabatur.

D. Bartholomæus Ferrus Comaclenſis Cl. Reg. diu in Cœnobio Theatinorum Ferrariæ moram trahens, Hiſtoriam, Civitatis Comacli typis evulgavit ſub nomine Jo. Franciſci Ferri ejus Nepotis, & *Decades Hiſtoricas*, alio nomine *Lux Evangelica* pro explicatione Actuum Apoſtolorum typis tum Ferrarienſibus tum Venetis. Romæ tandem deceſſit anno initio ſæculi 1700.

Jo. Baptiſta Zappata Advocatus, & ipſe patrià Comaclenſis, de quo Borſettus pag. 495. Studiis Ferrariæ vacavit, ubi lauream doctoralem adeptus anno 1712. ſe ſe optima Jurium praxi imbuit. Amænioribus quoque litteris animum flectens, in Accademia Intrepidorum excelluit. Plura edidit carmina, nec non librum Rithmorum Italorum pro ſacrarum Litaniarum B. M. V. paraphraſi. Itèm Lectionem Italicam *ſopra un ſonetto di Luigi Tanſillo* anno 1714., & ſimiliter *Commentario della Imitazione ſervile*, in Bologna anno 1714.

Joſeph de Rubeis Neapolitanus. Advocatus per plures annos Ferrariæ degens, & ſui ſpecimen doctiſſimè præbens in cauſis patrocinandis, nec non in politiori litteratura. Tandem a truculento ſatellite invaſus, nocte ultima Febr. 1735. pluribus vulneribus confoſſus, immaniter interfectus occubuit. Ejus corpus in S. Franciſcæ Romanæ jacet.

Dionyſius Andreas Sancaſſanus Scandianenſis Medicus, & Philologus ſatis excellens, diu per varias Civitates, & Oppida percurrens medicus conductus, tandem Comaclum ſecundò accitus, ibi octuagenarius die 11. Martii anni 1738. occubuit. Plura ſcripſit erudito calamo, ſed potiora opera ad curationem vulnerum ſpectant

ctant, pro defenſione Cæſaris Magatti municipalis ſui.

Philippus a Turre Forojulienſi. Adrienſis Epiſcopus. Tunc cum Auditoris generalis Ferrariæ munus exercebat apud Card. Joſeph Renatum Imperialem Legatum annis 1690. per ſexennium, ſui ſpecimen dedit variis operibus, donec ad Adrienſem Inſulam aſſumptus, Rhodigii deceſſit V. Kal. Martii 1717. Scripſerat *Monumenta Veteris Antii. De Nummo Anniç Fauſtinæ. De Annis Imperii Elagabali. De Solis Ecclypſi, & alia.* Vir fuit ſeverus, & gravis, ſed idem cum tempus poſceret, blandus, & affabilis. Ejus elogium ſcripſit, typiſque evulgavit Hieronymus Leonius Ceneteç, ex Diario litteratorum Italiæ T. XXXIII. P. 2.


Carolus Donus Peruſinus Card. Imperialis Ferrariæ Legati anno 1690. familiaris. Vir in poeticis ſtudiis ſatis cultus, qui dum moram trahebat in hac Civitate, in Intrepidorum Accademia adſcriptus, ſæpius ingenii ſui monumenta promebat, atque in cætu Academicorum carmina, & quidem laudabilia, interſerebat.

Dominicus Marchionni Orciani Parochus. Vir ſumma pietate inſignis, & Eccleſiæ ſuæ verè Paſtor bonus, dum Ferrariæ degebat, anno 1655. Gentemque ſuam de Marchionnis ad hanc Urbem incolendam traduceret, prout poſtea felici propagatione crevit, opus ſatis eruditum, & Chriſtiana pietate plenum conſcripſit, cujus titulus. *Semplici, e pie ragioni morali intorno alla venuta del Meſſia, alla Verginità di Maria anche dopo 'l parto, ſuoi miracoli, e ſuffragj. In Ferrara per Franceſco Maria Suzzi in 4.*

Joannes Fontana Mutinenſis, natus anno Chriſti 1537. Nonantulanæ Præpoſituræ olim Vicarius, item Mutinæ, dein Mediolani Archipresbyter, & Vicarius S. Caroli Borromæi, demum verò Pauli Leonis Epiſcopi Ferrarienſis coadiutor, tandem Ferrariæ Epiſcopus anno 1590. Plurimis exanthlatis laboribus, totaque ſua Eccleſia laudabiliter inſtructa, ætate longævus, ſui deſiderium reliquit anno 1611. Jacet in Cathedrali ſub epitaphio ſibi poſito dum viveret. Plura ſcripſit, inter quæ eminet opus illud theologicum = *Avvertimenti per la Sanità dell' Anime tratti dalla conſiderazione della Creazione del Mondo*, Ferrariæ 1610. fol. De Joanne ſcribunt, M. Ant. Guarinus, Antonius Libanorius, & Vedrianus in hiſt. Epiſcoporum Mutinen., nec non Philippus Rhodius in Annal. Ferrarien. MS. in Bibliotheca Eſtenſi. Sed ſatis.

Quorum viginti quatuor Scriptorum memoria, omiſſorum a Borſetto in hac Appendice, ſatis ſufficiat ad demonſtrandum quot, & quales floruerint omni ævo Ferrariæ Scriptores, licèt exteri.

teri. De quibus ſi nomina tantùm ſeriatim exponere liceret, illud eveniret, quod in hac Gymnaſtica Hiſtoria, pars acceſſoria partem principalem ſuperemineret. Quod de facili dignoſci poterit ſi Aulam Eſtenſium Principum, tunc cum Ferrariæ degebat, perquiramus, in qua eminentiſſimi in omni ſcientiarum genere Viri efflorebant. Civitas enim Ferrariæ cum non vetuſtiſſimæ originis ſit, populum acquiſivit, ab aliis Civitatibus per Orbem Univerſum, qui poſtea occaſione ſtudiorum Univerſitatis, docuit, & ſcripſit: & tamen tum doctrina iſta, tum ſcripta tot, & tanta, Authorum Ferrarienſium dici nequeunt. Relinquenda itaque erat hæc provincia Scriptoribus Bibliothecarum quarumcunque aliarum Regionum, qui dum Concivium ſuorum opera referrent, de Regionibus, & Civitatibus quoque, in quibus emicuerunt, memoriam facerent.



AD LIBRUM QUARTUM
PARTIS SECUNDÆ
HISTORIÆ FERRARIENSIS GYMNASII

Supplementum, & *Animadverſiones*.

ANimadverſiones primo loco ad hunc Librum, quamtumvis compendioſè, faciendas duco: Non paucos enim Scriptores Ferrarienſes habeo ſupplendos, tamquam a Borſetto, neſcio an fortuitò, vel data Opera, omiſſos. Compendioſè dixi faciendas has Animadverſiones, nam ſi quæcumque notatu digna deſcribenda eſſent, volumen integrum, & quidem magnæ molis, efformarem. Itaque notandum in primis venit.

pag. 320. *Albertum Accariſium Centenſem* Vocabularium, Grammaticam, & Ortographiam Vulgaris Idiomatis ſcripſiſſe patet ex Operis ejus titulo, non verò Thuſcorum, Italicorumve verborum. Verba ab Accariſio pro exemplis adducta ex Danthe, Petrarca, & Boccatio

catio colliguntur. Iſti tres eximii Scriptores fuerunt Itali: Etruria enim inter Italiæ Provincias adnumeratur.

Franciſcus Negri Ferrarienſis. *Alunno* dictus. Ejus cognomen non erat de Nigris, ſed del Bajlo.

Horatius Areoſtus ſcripſit Poema inſcriptum *l'Alfeo*, quod extat pag. 321. apud Baruffaldum, unà cum Epiſtola Marii Verdizzotti, in qua hujus Poematis judicium pronunciatur.

Franciſcus Ambroſius, ſi *diu* Patavii vixit, videtur eum non adeo juvenem deceſſiſſe.

Virginius Areoſtus. Magni Ludovici filius, & Eccleſię Cathedralis Canonicus, ille fuit, qui carmina latina parentis ſui in unum collegit, ac typis Valgriſianis evulgavit, ope Jo. Baptiſtæ Pignę, anno 1553. ut ex Epiſtola nuncupatoria dignoſcitur.

Bernardinus Adrianus Barbuglio. Nuncupabatur Barbulejus. pag. 332. Huic Camillus Richerius dedicat librum XI. Variarum lectionum Cœlii Rhodigini Avi ſui, cum ſatis honorifica præfatione. In Epiſtolis MSS. Lollii habetur mentio cujuſdam Hiſtoriæ a Barbulejo conſcriptæ. Illius effigies habetur manu Benvenuti Thiſii de Garyophilo Pictoris eximii depicta in Eccleſia S. Petri in tabula Altaris Ss. Crucifixi. Lilius Gyraldus nonnullos ex ſuis dialogiſmis Barbulejo huic inſcripſit, & epiſtolam nuncupatoriam. In Eccleſia eadem extat ejus ſepulchrum olim e ſolo elevatum, ſed vicinioribus annis depoſitum, & humatum in cornu Evangelii Aræ majoris; in quo hæc verba ſculpta legebantur.

BERNARDINUS BARBULEJUS
Cum huic D. Petri Templo diu præſediſſet,
& præclaris artibus juventutem inſtituiſſet
ſuæ mortalitatis memor, hoc ſibi viven. ſepulchrum poſ. Ann. MDXXXVI.

Verùm dies ſuos produxiſſe, ſaltem uſque ad annum 1544. apparet ex epigraphe ad Altare Ss. Crucifixi ejuſdem, ubi leguntur hæc verba.

Chriſto Patibulo affixo. Bernard. Barbul.
hujus Templi æditnus, hoc Altare cum annuo
proventu ſacra ſupellectile inſtructum de minervali erexit, piaminis, & religionis ergo.
Anno MDXXXXIV.

Ubi notanda veniunt verba illa *de minervali* ſignificare expenſas ad hoc Altare factas fuiſſe ex mercede illa, quæ a diſcipulis ſibi magiſtro perſolvebatur.

O *Vin-*

Pag. 337. *Vincentius Bondeni*. Nimis compendioſa videtur tanti Juriſconſulti commendatio. Erant iſta de illo dicenda. Natus in Caſtro Argentæ Ferrarien. ditionis die 24. Octob. 1630. Ceſenæ laureā in utroque Jure donatus fuit. Vicarius generalis Bozuli a Scipione Gonzaga electus: Guaſtallæ item Conſultor, & Prætor a Ferdinando Duce: ſimiliter Mantuę Senator, & Pręſes. Bibliothecam ſatis amplam inſtruxit Ferrariæ, quam igne conſumptam repentino incendio collacrymavit, die 4. Februarii 1694. dum ipſe Mirandulæ graviſſimis negotiis incumberet. Tandem & ipſe occubuit in Patria die 23. Octobris 1704. humatuſque fuit in S. Franciſci, ſatis prolixo illi conſcripto elogio per Dionyſium Andream Sancaſſanum Medicum, & Scriptorem ævi ſui non contemnendum. Scripſit hæc Bondenus.

De Jure Controverſo. Colluctationum Legal. Tomi II.
Ad Petrum Barboſam de Præſcriptionibus.
Ad Tractatum de Paſcuis, & jure paſcendi Otherii.

Nonnulla item opera italicè conſcripta typis evulgavit, per quę Fides, & Religio Authoris elucet! Virum enim ſatis pium, & rerum ſacrarum inſtructum demonſtrant.

Verùm ut quid perditio hęc? oleum, & operam perdere videor. Tot clariſſimorum Virorum recordationes extra ordinem, & incomptè factas, ad verum ſenſum ducere impoſſibile omnino eſt. Volumen integrum Animadverſionum efformarem, ſi & ſingula, quæ in hoc quarto libro a Borſetto perperam adnotantur, perpendere deliberarem. Provincia hæc præcipuo, & peculiari Scriptori derelinquenda eſt, qui Scriptorum Ferrarienſium, ſive Bibliothecam, ſive Hiſtoriam, ſive tandem Chronologiam, vel latinè, vel italicè conſcribere aliquando ſtatuat: cujus argumenti uſque modo, quamvis apud Ferrarienſes nonnulla appareant edita ſpecimina a Superbio, a Libanorio, a Baruffaldio exarata, attamen illorum nemo abſolutè ſcopum attingere viſus eſt. Ferrarię Civitas, ejuſque Studiorum Univerſitas uno indiget Scriptore, qui totam litterarum Ferrarienſium Hiſtoriam complectatur; nec illi deerit ſatis ampla, & copioſa ſcribendi materies, qua Bibliothecam omnibus numeris completam inſtruere valeat, tot aliarum inſignium Urbium exemplo.

Ego tandem, ut penſum meum perſolvam, manumque extremam operi imponam, non nullos ad libitum meum ſuperaddam hìc Ferrarienſes Scriptores penitus omiſſos, qua de cauſa, prorſus ignoro. Horum mentio erat procul dubio facienda, ut perſonarum

rum acceptionis nota evitaretur. Horum nonnulli, quamvis inter vivos non amplius enumerentur, recordatio tamen adeo proxima, & recens erat, ut non niſi appoſitè omiſſi queant adjudicari. Non nulli item adhuc inter vivos reſidui ſunt, qui inter Ferrarienſes majoris momenti veniunt conſiderandi, ſive ob dignitates, ſive ob ſapientiam, ſive demum ob nomen per totum orbem cum laude promulgatum: Nec ſine nota magnæ invidiæ, vel inſitiæ pretermittendi ſunt, cum jus ad propriam famam habeant, ne dum de aliis ſermo eſt, illorum nomen ſilentio prætereatur. Illos ſubdam prout mihi in mentem venerint, & illorum ſcripta ad manus occurrent, nullo ſervato ordine Chronologico, nullaque inter illos ſervata præeminentia.

Primò igitur ſe mihi offert *Hieronymus Criſpius*, cujus unicè nominis in albo Doctorum Collegii Juriſtarum recordatio fit per Borſettum ad pag. 494. ſecundæ partis. Quibus hæc habeo, & quidem meritò, ſuperaddenda, quæ Borſetto innoteſcere debuerant, & inſerenda erant in pag. 209., ubi de Jo. Maria Criſpio mentio eſt, & ubi de ejus Fratre, & Nepote laudabilia afferuntur. Hic nobili ſtirpe progenitus Co. Franciſcum Criſpium Patritium Ferrarien. progenitorem habuit. Natus eſt Prid. Kal. Octob. anni 1667. vix a Parente ſuo Senatoria, & Tribunitia municipali toga depoſita. Liberalibus diſciplinis inſtitutus, ad lauream in utroque Jure aſſumptus fuit anno 1696. Archidiaconus in Eccleſia Cathedrali Ferrariæ aſſumptus, locum implevit celeberrimi Joannis Ciavarnelli. (qui ob elegantiam in ſcribendis conſultationibus, & præcipuè in Jure Canonico, *Penna aurea* antonomaſticè nuncupabatur: quique morum innocentia, & aurea ſæculi ſimplicitate, omnium admirationem in ſe convertebat donec ultimum clauſerit diem) Ad primam deinde ejuſdem Eccleſiæ dignitatem, nempe Archipresbyteratum, translatus per obitum Co. Julii Roverelli anno 1695. hoc in obeundo munere ita laudabiliter ſe geſſit, ut Eccleſiaſticorum ſpeculum nuncuparetur. Poſtmodum anno 1700. Clemente XI. ad D. Petri Cathedram ſublato, Hieronymus quoque Romam diverit, ubi immediatè inter domeſticos ſummi Pontificis Prælatos cooptatus eſt. Ita Signaturæ utriuſque Referendarius electus, & inter Patres Sac. Congr. Indicis, Viſitationis, & Rituum cooptatus. Demum Carolo Pio S. Rotæ Auditore demortuo, inter S. Romanę Rotæ Auditores deſcriptus, Forenſibus negotiis implicitus, Tria illa Deciſionum volumina evulgavit, quæ per univerſa Italiæ, & exte-

O 2 rarum

rarum gentium Tribunalia, hodie tanti ponderis, & doctrinæ habentur, & ubique per ora Juſdicentium perſonant. Qua propter, ut novo decoraretur honore Hieronymus, propoſita ſibi Urbinatenſi Eccleſia, viam ſternit ad Pallium Ravennatenſis Archiepiſcopatus, quo ſuſcepto, & gubernio inito, ita laudabiliter ſe geſſit, ut gregem ſibi commiſſum in virtutibus omnibus inſtituere ſtuduerit, ut ità ſuper omnes Italiæ populos pietate, & Religione floreret, ac ſe quemadmodum exinaniret, ut pauperes aleret, ac in bonis moribus confirmaret. Reſignatà poſtmodum Eccleſia, veritus ne bella contra eandem excitata de jure metropolitico, ſibi tamquam Ferrarienſi patritio, tribuerentur, Romam repetiit, ſemper tamen Eccleſiaſticis ſtudiis intentus. Qua de cauſa, ne omnino nomen ejus deliteſceret, Vicariatus honore in Baſilica Lateranenſi decoratus, uſquemodo ſe omnibus utilem, & egenis proficuum præbet. Quotidie interim nova tradit documenta Eccleſiaſtica ad fidelium erudiendos animos doctrinis ſacris apoſtoliciſque, adeo ut uſque modo, præter ſupra aſſertas *Deciſiones* tribus Voluminibus diſtributas, hæc alia ediderit Volumina. *Homiliæ ad Populum Ravennaten.*, Ferrariæ, & Romæ typis editæ, tum latino, tum italico idiomate. *Gratiarum actio* quam exhibuit Clem. XI. P. M. uti prima dignitas Capituli Ferrarien. Romæ typis Zanobii 1703. *Diſcorſi volgari, ed Orazioni latine nell' apertura della Sagra Rota, in Roma per il Ferri, e Roſſi. Diſcorſi, ed Inni ſagri, Roma per il Salvioni, e Ferri* 1720. *Altri in Ravenna per il Landi* 1721. *Novena dell' aſpettazione del Parto di M. V. Altra dello Spirito Santo, Ravenna per il Landi* 1722. *L' Anima ammaeſtrata dalla confidenza in Dio, Ravenna* 1723. *Modo di celebrare colla più divota riverenza il Santiſſimo Sagrifizio della Meſſa, Ravenna* 1723. *Sanctiſſimi Clementis PP. XI. Compendium Vitæ &c.*, Ravennæ in ędibus Archiep. 1723. *Synodus Ravennaten.*, Ravennę 1724. *Motivi pij, e Criſtiani per indurre l' Anima alla confidenza in Dio, Roma* 1727. *Epiſtola ad SS. Benedictum XIII. in dimiſſione Archiepiſcopatus*, Romæ 1727. *Miſterj della Vita di Gesù Criſto, tolti dall' Evangelio, Roma per il Salvioni* 1729. *Eſercizio di nove giorni prima dell' Aſſunta, e riſtretto della Vita della Santiſſima Vergine, Roma* 1733. *Diſſertatio Myſteriorum Evangelicæ legis, ac Sacramenti Euchariſtiæ, & Miſſæ*, Romæ 1734. *Offizio della B. V. con gl' argomenti de' Salmi, e degl' Inni a maniera di dichiarazione, Roma per il Salvioni* 1737. *Eminentiſſ. Card. Othobono Decano S. Collegii, Archipreſb. Patriarchalis Lateranen., pro collato*

ſibi

ſibi ejuſdem Baſilicæ Vicariatu expoſitio, Romæ 1737. *Rifleſſioni Criſtiane per ciaſcun giorno del meſe, Roma* 1735., & alia.

Et quod tanti illum habuerit Sanctiſſimus Pontifex Clemens XI. ex ſubſequenti Epiſtola facile dignoſci poteſt, Judici, & Magiſtratui Sapientum Ferrariȩ, tranſmiſſa, anno 1709. quam Borſettus Magni Scrinii cuſtos ignorare non debuerat.

Dilectis Filiis Judici, & Magiſtratui Sapp.
Civitatis noſtræ Ferrarienſis.
CLEMENS PP. XI.

Dilecti Filii ſalutem. Ut vobis compertum ſit, nota, ac grata nobis fuiſſe veſtræ in nos, & in Apoſtolicam Sedem devotionis, ac fidei argumenta: cum res tulit prȩclarè a vobis edita, ac palam explicata peculiare paternȩ noſtrȩ in vos charitatis teſtimonium, per dilectum filium Magiſtrum Hieronymum Criſpum, hujus noſtrȩ Romanæ Rotæ Auditorem iſtuc advenientem, ad vos deferri volumus, rati a nemine aptius ſignificari Vobis poſſe, animum planè propenſum, quo ob præſentes curas, atque anguſtias veſtras intimè afficimur, quàm ab ipſo qui voluntatem veſtram, ſuis laudibus non vulgariter promeruit, novit eſſe nos de relevandis anguſtiis veſtris, commodiſque parandis impensè ſollicitos: ex quibus conſona mentis noſtrȩ dicta, quȩ ipſe noſtro nomine in hanc ſententiam proferet, intelligatis, dilecti Filii, quibus Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. *Datum Romæ die* 21. *Auguſti* 1709.

Quapropter de eodem laudato Archiepiſcopo ſatis honorabiliter, & magna commendatione, plures hujus ſȩculi Scriptores loquuntur, inter quos eminet clariſſimus Cattelanus in ſuis Commentariis ad Pontificale Romanum nuper editis, ubi pluries noſter Hieronymus nuncupatur religioſiſſimus, ac eruditiſſimus Archiepiſcopus: Vir doctrina, dignitate, genere, cunctiſque virtutibus exornatus. Ex quibus omnibus clarè, & evidenter patet, quàm jure & merito illius non fuerat reticenda memoria.

Subſequitur *F. Bonaventura de Ferraria*, cognomento *Barberinus*, honeſtis parentibus Ferrariæ natus anno 1674. Ordinem Minorum S. Franciſci Cappuccinorum ingreſſus, omnes ordinis ſui gradus ſtudiorum ope emenſus, Concionator magni nominis per totam Italiam effectus eſt, donec pro ſummo ſuggeſtu Sacri Palatii Apoſtolici a Clemente PP. XI. accerſitus, Verbum Dei Ecclecle-

cleſiæ Patribus, per plures annos, proclamavit, non officiente ſummo in Religione ſua gradu Vicarii Generalis, & Sacr. Cong. Rituum Conſultoris, ad quem evectus fuit. Multa eloquentiſſimè ſcripſit, & prælo paravit. Uſque modò tamen non niſi aliquas Orationes Italicè ſcriptas Forolivii habitas, atque ibi prælo excuſſas habemus. Ejus ſatis nitida, & nervoſa eloquentia, majori fortaſſe titulo impoſterum condecorata apparebit. Interim ad Patriæ ſuæ Eccleſiam a regnante Summo Pontifice Benedicto XIV. miſſus, illam in Archiepiſcopali dignitate conſtitutus, zelo, & integritate, omnium præconio moderatur.

Andreas Bertonus. Poſt varia Eccleſiaſtica miniſteria, Eccleſię Cathedralis Ferrariæ Canonicus Theologus aſſumptus, tandem ætate gravis deceſſit in Patria die 20. Novembris 1698. Ejus Cadaver in D. Dominici humatum fuit, cui deſignatum fuit hoc ſepulchrale epitaphium per Antonium Tognum Canonicum, & in Cathedra Theologali ejus ſucceſſorem.

Andreas Bertonus Canonicus Theologus
hic ſitus eſt. Cætera, quæ nec ipſe
prædicari voluit, in ſui obſequium
reticentur: ſolo nomine clarus.
Objit ſeptuagenarius Anno MDCXCVIII.
XX. *Novembris*.

Reliquit poſthumum *Opus de Negligentiis, & Omiſſionibus* ab eodem Canonico Togno poſtmodum in lucem editum Ferrariæ MDCCIV. Item *Vita della Madre Suor Benedetta Gambarina Cappuccina; In Ferrara 1683. Relazione de' Funerali fatti al Card. Carlo Cerro Veſcovo di Ferrara l' anno 1690. Lettera Apologetica al Dott. Lorenzo Merlante*. In calce Tractatus *de Negligentiis* extat *Votum Dominici Catelani* Vicarii Generalis Cardinalis de Verme, & ſubinde Epiſcopi Termularum; quod circa Eccleſiaſticam immunitatem verſatur.

Albertus a Penna Vir Socraticæ prudentiæ plenus, Marchionis titulo decoratus, qui in ſumma ætate Judex Sapientum electus, omnium laude munus ſuum geſſit anno 1689. Collegii Nobilium inſtitutor fuit, & dies ſuos clauſit anno 1691. de menſe Februarii, ejus corpus in D. Dominici obdormit. Bibliothecam Manuſcriptorum Codicum ſatis inſtructam coacervaverat. Quæcumque typis dedit vel ementito, vel ſuppreſſo nomine evulgavit. Habemus itaque hęc. *Il Fattore di Campagna inſtruito di Fabio Allegri* 1688. *Compendio dello Stato di Ferrara*

in

in generale, e delle ſue parti in particolare 1663. Deſcrizione della Porta di S. Benedetto di Ferrara, e de' Luoghi delizioſi, che erano intorno alle mura d' eſſa 1671. Memoria Iſtorica de' Soſtegni fatti nel Pò di Volana 1675. Idea del perfetto Giudice d' Argine di Petronio Lambreſagni. L' Antimareſta, in Bibliotheca ſecreta Vaticana extat.

Non igitur Albertus unicè in Aquarum ſcientia excelluit, prout Borſettus P. 2. l. 5. f. 427. abſque ulla librorum ſuorum memoria, inferre videtur.

Cajetanus Mazzolinus Cl. Reg. Theatinus Civis Ferrarienſis, & Concionator, proximo elapſo ſæculo ſatis clarus. Romæ obiit die undecima Novembris 1735., jacetque in Eccleſia S. Silveſtri. Præter alia, poſthumum reliquit *Quareſimale* typis Venetis nuper promulgatum.

Nicolaus Baruffaldus qui adhuc ſupra nonagenarius inter vivos enumeratur Ferrariæ, ubi ſatis amplam antiquę ſupellectilis Pinacothecam domi ſuæ pandit. Rerum Ferrarienſium ſtudioſiſſimus, duo Annalium Ferrarienſium Volumina ſcripſit, ab anno 1650. uſque ad 1720. incluſivè, quæ modò ſupplentur ad noſtra uſque tempora, per Hieronymum filium. Typis evulgavit *Compendio della Vita del B. Gio. da Toſſignano Veſcovo di Ferrara* 1712.

Julius Nigrius Civis præclarus Ferrarien. Societ. Jeſu. Concionator ævo ſuo præſtantiſſimus. In Ethruria diu commoratus ſcripſit Italicè *Hiſtoria degli Scrittori Fiorentini*; e vivis deceſſit anno 1720. die 21. Septembris ætatis annorum 72. in Oppido Centi, ubi prima Collegii Societatis Jeſu fundamenta ſtatuerat. Opus ejus tamquam poſthumum evulgatum fuit anno 1722. Extat de hoc Julio Nigrio elogium in Diario Litteratorum Italiæ Tom. 34. pag. 276. Borſettus quoque in Gymnaſtica Hiſtoria nonnulla, ſed nimis compendioſè, ſcripſit de hoc eodem clariſſimo Ferrarienſe P. 2. f. 382. quare hæc ſupplere ſtatui, quæ tanti viri gloriam amplificarent.

Angeli Mariæ Peverati Junioris ex Clericis Regularibus, mentio quæ habetur in Hiſtor. Gymnaſt. P. 2. f. 392. mutila eſt: reticetur enim opus ab eo evulgatum anno 1731. nempè annis quattuor ante editionem operis Borſettani; cujus operis titulus eſt. *Annotationes in Criſpi Saluſtii Hiſtoriam de Conjuratione Catillina, & Bello Jugurtino, nec non Synopſis de Hiſtoria &c.*

Antonius Franciſcus Bellattus Ferrarien. Soc. Jeſu in tota Italia

lia ob ſtyli elegantiam, & moralium diſciplinarum excellentiam, fama ſibi comparata, adhuc inter vivos enumeratur. Multa ſcripſit, ac publici Juris fecit, quorum hæc tantùm ad manus habeo. *Obligazioni d' un marito Criſtiano verſo la moglie. Arte di raccomandarſi a Dio, o ſia le virtù dell' Orazione. Ragionamento in lode del P. Andrea Alcenago. Diſcorſo ſacro per la Canonizzazione de' SS. Luigi Gonzaga, e Stanislao Koſtka. Diſcorſo per S. Franceſco Saverio. Orazione funebre per l' Anniverſario della Ducheſſa Iſabella di Mantova. Orazione funebre in morte del Cardinal Luigi del Verme Veſcovo di Ferrara, detta in Piacenza.* Alia quoque prælo parata anxiè expectantur. Placentiæ degit in nobilium Congregatione Pręfectus, ætate gravis.

Co. Franciſcus a Scropha Nob. Ferrarien. Eccleſiæ Cath. Ferrariæ Canonicus Decanus. Orationem habuit in Synodo Ferrarienſi habita anno 1711., & una cum eadem Synodo typis editam. Repentina morte raptus fuit adhuc in florenti ætate, omnium concivium mœrore, die 22. Februarii 1715. Jacet in Preſbyterio S. Mariæ in Vado, in tumulo Parentis ſui. Habentur ejus elogia in Tom. II. Arcadum fol. 277.

F. Joſeph Renatus a Jeſu Maria de Ferraria Ord. Auguſtinian. Excalceat. Romæ ſtudia perpenſus, in Theologica doctrina eminens factus, ordinis ſui gradus adeptus eſt. Vivit adhuc, indeſinenter ſtudiis vacans, & nova publici juris continuò promulgat Opera litteraria, quorum nonnulla uſque modo ad me pervenerunt. Suntque *Vita di F. Fiagro di S. Margarita, Roma* 1727. *Vita di S. Niccola da Tolentino, Rom.* 1732. *Vita di S. Monica, Roma* 1733. *Ordinarium precum Romæ* 1727. Item delle Perſecuzioni della Chieſa. Hodie in Cenobio S. Joſeph Ferrariæ commoratur.

Laurentius Stramuſoli, alias *Criſpi* de Ferraria Ord. Min. Conven. Ceſenæ, Arimini, Florentiæ, Venetiis, & Bononiæ, ſtudiis Philoſophicis, & Theologicis operam dedit. Kappaciſmo laborabat, ideoque concionandi laborem deſerens, humanioribus ſtudiis ſe dedit. Dalmatiam, & Heleſpontum peragrans, Miſſionarii Apoſtòlici munus geſſit. Per ſexdecim annorum curſum in texendo Opere inſudavit, quod poſtea anno 1702. evulgavit Patavii hoc appoſito titulo. *Apparato dell' Eloquenza Tom. IV.* hydrope correptus e vita migravit, menſe Julii Anni 1704. Venetiis in Conventu S. Nicolai. De eo mentionem fecit Franchinus in *Biblioſophia* num. 29. f. 39. & 575.

D.

D. Ludovicus Lancius Cler. Reg. Theat. Vir ſumma pietate inſignis. Pluries eloquentiæ ſuæ ſpecimen dedit, habemuſque nonnullas Orationes italicas, inter quas *Lodi di S. Maurelio. Ven.* 1723. Vivit adhuc ætate gravis, & oculis captus.

Hippolytus Zanellius liberalibus artibus incubuit Ferrariæ; deinde Mutinam pergens apud laudatiſſimum Marchionem Jo. Joſephum Urſium Italorum litteratorum decus, ſe ſe manifeſtare cœpit. Quare cum in carminibus italicis pangendis ſatis emineret, a Raynaldo I. Mutinæ Duce Poeta Aulicus electus fuit, in quo munere plura edidit carmina, ſed in ipſo ætatis flore, anno nempe ſuo quinquageſimo, morbo correptus, vitæ ceſſit die 13. Septembris 1737. depoſituſque jacet in Eccleſia Parochiali S. Agathæ. Scripſit carmina Italica varia, & præcipuè muſicalia. *La Vita di Carlo Cignani Pittore. Difeſa della lettera K., & Cantum XII. in Poemate jocoſo Bertoldi. Bonon. nuper edito.*

Hieronymus Martelli Ph., & Med. Doct. celebris Franciſci Mariæ Nigriſolii diſcipulus, ſub quo lauream Doctoralem ſuſcepit Ferrariæ anno 1702. Comaclenſi in Civitate, deinde in Firmana, demùm verò in Fulginatenſi Medicus conductus, ibi tandem extremum vitæ ſuæ diem clauſit die 22. Aprilis 1738. humatuſque fuit in S. Feliciani. Multa carmina tum latina, tum italica ſcripſit, quæ in miſcellis Poeticis, & præcipuè in illa Ferrarienſium Poetarum leguntur.

Carolus Briſighellius unus ex familiaribus nobilis Familiæ de Trottis, & celeberrimi Pictoris Caroli Bononi pronepos. Vir ſummæ integritatis. Adeo picturæ ſtudium deperibat, ut de his omnibus, quæ ad tam ſpecioſam artem ſpectant, libentiſſimè, & disertè ſermonem habebat. Scripſit Volumen, quod MS. a ſepius celebrato Baruffaldo ſervatur, cujus titulus eſt *Pitture delle Chieſe di Ferrara*, cui ipſe Baruffaldus ſupplementum fecit. Immo multa ſuppeditavit eidem ad conſcribenda Pictorum Ferrarienſium elogia. Objit ſenio confectus die 17. Aprilis 1710., atque in Eccleſia Parochiali S. Stephani humatus fuit, hac forte contentus, ut ſepulchro ſuperenunciati Pictoris Caroli Bononi elogium in Eccleſia S. Mariæ in Vadò, in qua penè oblitus jacuerat, conſtructum, ipſo promovente, conſpiceret.

Franciſcus Sangermanus Sacerdos, & in Eccleſia Cathedrali Ferrariæ Beneficiatus. Objit anno 1685., ſcripſit *Catalogo delle Feſte, e Divozioni della Città di Ferrara.*

Julius Cananus. Hic nobilis Vir liberalibus diſciplinis operam dan-

dando, quidquid mens illi ſuppetebat, celerrimè, & laudabiliter expediebat: ingenio enim verſatili apprimè pollebat. Natus eſt anno 1630. Eccleſiaſticæ militiæ primùm ſe dedit, fuitque Saletti Abbas in Triventinis: dein liberè ſe gerens, Clericato dimiſſo, ſibi vixit, & ætatis ſuæ anno quinquageſimo ſeptimo, vitam cum morte commutavit, die 17. Aprilis: ſepultuſque jacet in tumulo majorum ſuorum, nempe in Sacrario S. Dominici. Reliquit hæc Opera typis vulgata. *Oratio de laudibus S. Jo. Evangeliſtę babita Romæ 1657.* Item *Deſcrizione della Cavalcata fatta dal Co. Giulio Ceſare Nigrelli Senatore di Roma l' anno 1662.*

Blaſius Albertinus Abbas Canonicorum Reg. S. Salvatoris, objit Ferrariæ in Canonica S. Mariæ in Vado, ibique ſolemni funere ſepultus fuit die 24. Julii 1691. in quo funere laudibus proſequutus fuit a Stephano Cupillio C. R. Somaſch, poſtmodum Archiep. Spalaten. Albertini epitaphium eſt.

Blaſio Albertino Can. Reg. SS. Salvatoris
Lectori perpetuo: bis Generali Viſitatori
hujus Canonicæ. Sæpe Abbati meritiſſimo,
ſemper optimo Parenti, qui Civium lacrymis, omnium gemitu, fama ſuperstite
Objit die 24. Julii 1691.
Joſeph Maria Carmagnola hujus Canonicæ
Abbas. grati animi Monum. poſuit.

Scripſit. *Panegiricus in laudem Marchionis Franciſci Villæ e propugnata Candia revertentis, Venet. 1668.*

Joannes Andreas Barottus J. U. D. Anno natus 1702. magna in optimis ſtudiis animi conſtantia prẹditus, & omnimoda eruditione refertus. Uſquẹ modo aperto nomine hæc evulgavit. *Ragionamento ſopra l' intrinſeca ragione del Proverbio*: Neſſun Profeta alla ſua Patria è caro. *Ferrar. 1729. Orazione delle lodi del Sig. Abbate Giuſeppe Aldobrandini, Ferr. 1732. Orazione delle lodi del Sig. Card. Aleſſandro Aldobrandini morto Legato di Ferrara. ivi 1734. Conſiderazioni ſopra la Via della Croce del Baruffaldi, Bolog. 1732. Annotazioni ai Canti di Bertoldo, ivi 1736.*

Antonius Melchiades Beccarius Comes, Maximiliani Filius. Senis in Collegio Piccolomineo educatus, Patriam repetens, ſcientiis cumulatus, & optimis moribus imbutus, multa commendatione floret. Scripſit *Carmina multa, & Epiſtolam Philoſophicam* Italico Idiomate de quibuſdam phænomenis anno 1730. diebus 15. Febr., & 13. Martii in aere contemplatis. Caje-

Cajetanus Santomeus Georgii filius Cl. Reg. Somaſch. In Neapolitana Urbe ſtudia peregit, deinde Bononiæ, Venetiis, & Veronæ Rhetoricam docuit. Ad carmina pangenda præſertim Italica promptiſſimus, quorum aliqua typis tradita ſunt. Tandem Velitræ Rhetoricam docens occubuit, Menſe Maii Anni 1717. ac in Eccleſia S. Martini tumulatus fuit. Ætatis ſuę anno trigeſimo, maximam ſui ſpem derelinquens. Inter Arcadum demortuorum elogia locum habet T. 3. n. 102. f. 222.

Albertus Valliſnerius Ferrarien. Ord. Carmelitarum Cong. Mantuæ. Scripſit, ac typis edidit *Venti Lezioni ſopra gli alti, ed ineffabili Miſterii della Meſſa, lette pubblicamente nella Chieſa di San Giovanni a Conca, Milano* 1567. Huic libro pretium auget dedicatio, quæ data fuit Card. Carolo Borromæo Archiepiſcop. Mediolanenſi, qui poſtea inter Sanctorum numerum adſcriptus fuit anno 1610.

Tu quoque *Ferrantes Borſette* ſuaviſſime, venis inter alios precipuè recenſendus, cum de te ipſo pene nihil in tuo opere inſerta habeatur. De tua morum probitate, & comitate moderatè dicam, ne tibi moleſtus ſim: unicè hoc referam: in hac animi tui honeſtate es invidendus. Generis tui honorificentia ſpectabilis eſt: ſtudiorum tuorum ratio indeficiens: miniſterii tui munus multa fide exercitum: occupatio tua ſatis conſpicua in Patria tua. Parce laconiſmis. Vivis adhuc: diu incolumem te ſervet Deus: poſt mortem lauda. Non pauca ſcripſiſti, & omnia ſapientiæ tuæ teſtimonia. Quæ typis excuſſa ad manus meas pervenere uſque modò ſunt hæc. *Orazione in morte dell' Avvocato Ceſare Favalli. Canto VIII. nel Bertoldo. Hiſtoria Ferrarien. Gymnaſii*. Manuſcripta verò carmina multa Italica, lepore plena circumferuntur.

Sed quorſum hęc? quid plura? nuſquam finis ſi quoſcumque litteratos Viros, & Scriptores Ferrarienſes, & quidem recentiores, atque adhuc inter vivos commorantes, recenſere preſumerem: Debuerat & Borſettus hanc provinciam deſerere, vel illam difertiori calamo, ſcriptorique in hac pugna veterano commiſſam facere: eo magis, ex quo parum, vel nihil ad Hiſtoriam Gymnaſticam conferre videbatur, cum Scriptores hujuſmodi, Univerſitatis Ferrarienſis limina, vel tantùm a longe, vel nihil penitus ſalutaverint. Quod ſi nomine Univerſitatis, & Gymnaſii Ferrarienſis venirent quotquot opera, vel edita, vel inedita ſcripſere, credo Ferrarienſe Gymnaſium ob copiam

Scriptorum, multas aliàs Univerſitates prçcedere potuiſſe: Sed hoc eſſet Bibliothecam, vel Cathalogum, vel Athenæum, vel Pinacothecam Scriptorum inſtruere, non verò Hiſtoriam Gymnaſticam.

Hoc pacto, Supplemento, & Animadverſionibus ad librum quartum fine impoſito, nihil ſubdo de ſermonis vitiis, ſi quę ſunt, quæ plura certè ſunt: ſtatera in hoc loco indulgeat oculorum meorum lippitudini: præterquamquod, quos odit Jupiter, Pedagogos facit.

Finis Libri Quarti.

APO-



A P O L O G U S

Pro Supplemento, & examine Libri Quinti.

PARTIS SECUNDÆ.

UNiçè exponendus remaneret, & pectine criminatorio expurgandus Liber quintus hujus ſecundæ partis Hiſtoriæ Ferrarienſis Gymnaſii. Equidem hoc mihi propoſueram uſque ab operis ſuſcepti initio, hac fretus ratione, ſeu potius ſuſpicione, poſſe in eodem libro V. dari locum ſupplemento, atque eodem tempore pro exquirenda veritate, nonnullas excuſſiones compulſoriales haberi poſſe, eo prorſus pacto, quo in antecedentibus libris factum eſt. Verùm in ipſo actu manum meam ad opus parandi, ſe mihi obtulit penè immenſa Virorum diverſi generis, & facultatis turba, elatis vocibus tamquam pro re gravi conclamans: Abſtine, Domine, abſtine: noli nos in eadem togatę gentis phalange, in quam nos Borſettus per vim intruſit, tanta noſtrum confuſione, novis clavis configere, & confirmare. Architecti ſumus, Statuarii, Sculptores, Cælatores, Pictores, Miniatores, Aggerum Judices. Aquarum Architecti, Menſores, aliique id genus Artifices: non Doctores, non Univerſitatis Gymnaſticæ filii. Dum hæc magnis vocibus ingeminabant; Pennicillos propriis manibus, Scalpra, Calamos, Perpendicula, Perticas menſorias, Paxillos, Libellas, Circinos, Tabellas colorum, Malleos, Hæmatites, atque hujuſmodi inſtrumenta efferebant, mihique, ut illa facilius, & propius

pius dignoſcerem, ad oculos uſque admovebant. Vix hæc: e regione inſurgit altera paulominus numeroſa caterva, in qua nonnullæ etiam enumerabantur mulieres, & ſanctimoniales. In me itaque omnes ad lævam irruentes, & aerem clamoribus implentes: Vindica, erumpunt, vindica, o bone vir, honorificentiam noſtram, noſque a legibus gymnaſticis, & a ſervitute Rotulorum redime: liberi ſumus, & in ea libertate, in qua nati ſumus, perdurare intendimus, nec amplius ferulæ manum porri-
pag. 464 gere: Muſici ſumus, Scriptores, & Practici, atque Sambuciſtæ, Tibicines, Symphoniarcæ, Lyredi, Organorum modulatores, Cantores, & Cantatrices, Profeſſores Fiſtulæ, & Citharæ, Sambucæ, & Pſalterii, & Symphoniæ, & univerſi generis Muſicorum: Non verò Doctores ſumus, non Togati, non Lectores, non Moderatores, non Scholares, non Bidelli: Non Theologi, non Juriſconſulti, non Philoſophi, non Medici, non Rhetores, non Hiſtorici, non Poetę, nec Cathedram Magiſtralem aſcendimus, nec legimus, nec interpretamur, nec laurea corona redimimur, nec puncta recitamus, nec ſyllogiſmos repetimus, nec tandem nobis togatuş Bidellus argenteo baculo ad lævam armatus, & pulverulento caliendro tota facie ſepultus, illa ſpecioſa profert verba; *nemine penitus, penitus, atque penitus diſcrepante*. Nos igitur, o Vir clementiſſime, qui honorem Ferrarienſis Gymnaſii vindicaſti, nos priſtino honori, & noſtris clauſtris, & noſtris Orcheſtris reſtitue, ut hilari animo canamus melos, & novas cantiones modulemur, vel lyras noſtras tota animi libertate pulſemus. His dictis, omnigena muſicalia inſtrumenta elevando, digitis pulſando, arcubus plectendo, per totum cœlum obſtrepere viſi ſunt, donec totum agmen antecedentis legionis iterum inſurgens, nempe Pictores, Sculptores, & cæteri mecanici viri, nova verba facientes: noli inquiunt, noli noſtra elogia perſcrutari in Hiſtoria Gymnaſtica: plures enim inter nos invenies a Borſetto magna cum laude deſcriptos, ſed minus habentes, & omni mentione prorſus indignos. Expunge nomina noſtra, neque pro nobis ullum laborem, vel incommodum ſubire velis, prout in octo antecedentibus libris perpendendis tempus inſumpſiſti: Quid Luna cum Cancris? Tu ſecerneres ædos ab hircis, æra a lupinis. Sed quid ad nos? non nos juvat ſeparatio hæc inſignium ab ineptis. In noſtra cutè ſtabimus, noſtra ſorte contenti, laude jejuni potius, quam in hoc atrocreate permixti. Hæc ut audivi, ab illorum lamenta-

tionibus

tationibus inopinatò aggreſſus, obſtupui, & ut illis morem gererem, ſilui, calamumque ſepoſui: duo Hiſtoriæ Gymnaſticæ Volumina occluſi. Non ultra progrediendi juravi, & ſtatui. Turbam dimiſſam feci, illique vale dixi, atque abſque hujus quinti Libri expiatione penſum abſolvi.

Libri Quinti Finis.



ADDEN-

ADDENDA,

VEL

MUTANDA.

In hac ſecunda Parte.

PAg. 7. in fine. *Petrucinus de Caſalecchio* genere Ferrarienſis erat, prout de eodem teſtatur Riccobaldus *in Hiſt. Pontiff.* T. IX. Rerum Italicarum, ubi Cathalogum Epiſcoporum Ravennaten. deſcribens, hæc ajt = *Poſt iſtum fuit Reverendiſſimus Doctor D. Petrocinus Monacus Monaſterii S. Bartholi de Ferraria, natione Ferrarienſis, Auditor Sacri Palatii Annis VII. M. V. d. XXII.*

Pag. 19. *Franciſcus Mareſcalchius*. Marſilius Ficinus in Epiſtolis ſuis hunc Ferrarienſem apertè vocat.

Pag. 43. *Lilius Gyraldus*. Hymnos Jo. Franciſci Pici Mirandulani publici juris fecit anno 1528. quos & dicavit Actio Jacobo Syncero Sannazario Poetæ Neapolitano. Bononiæ typis Jo. Bapt. Faelli.

Pag. 70. *Leonardus Salviatus*. Ex noviter per me deductis, dicta omninò immutare opus eſt. Verè in Ferrarienſi Gymnaſio Salviatus lector fuit, quod ex publicis documentis nuper clariſſime percipere mihi datum fuit. Natione Florentinus indubitanter haberi debet, ſed non ex locupletiorum Salviatorum ſtipite; immò nec illorum agnatus, niſi forte in remotiſſimo gradu.

Ha-

Digitized by Google

Habetur Leonardi Oratio typis evulgata, & uni de Salviatorum Gente dicata formulis ſatis humilibus, & demiſſis. Ferrariæ Lectoris munere per breve temporis ſpatium functus eſt, quod ex Oratione funebri Petri Franciſci Cambii apparet, dum inquit = *In queſti ultimi anni della ſua vita, per liberalità, e magnificenza del Duca Sereniſſimo di Ferrara gli diede una onorevoliſſima provvigione.* Ex qua Oratione etiam habemus Salviatum poſtremis vitę ſuæ diebus ægritudine laborantem, ac pedibus impotentem, rheda, vel lectica vehi ſolitum ad Monaſterium Angelorum Ferrariæ, quod de familia F. F. Prædicatorum eſt. E vivis tandem deceſſit Menſe Septemb. 1589. more Florentino, non vix inchoato anno, prout a nobis dictum fuit, nam Florentini, anni initium a die 25. Martii deſumunt.

Pag. 72. & 76. *Ludovicus Panninus*, *Cornelius Panninus.* Iſti duo Centenſes, utique a Joſepho Maria Pannino in Libro *Compendioſi Ragguaglj &c.* recordantur, non verò in Operis corpore, ſeu in Alphabetico Cathalogo illorum de Panninis, ſed in calce ad indicem errorum per typographum commiſſorum.

Pag. 32. In numero Lectorum Ferrarienſis Gymnaſii a Borſetto omiſſorum, locus dandus eſt *Realdo Columbo Cremonenſi* Anathomico præſtantiſſimo, qui docebat Patavii anno 1544., & Ferrarię item Profeſſor fuit in publico Gymnaſio prout docet Ricciolius in Chronologia Reformata T. 3. pag. 276. Inter privilegia, quibus præmunitur ejus Volumen Anathomicum Venetiis editum anno 1559. illud etiam enumeratur Ducis Ferrariæ.

Pluries in Borſetti noſtri Hiſtoria mentio eſt illorum de Benciis, ſeu melius de Bentiis Senenſium origine. Ugo recordatur tamquam pro ſtipite. Recordatur item Bonifacius, Andreas, Franciſcus, Soncinus, Auguſtinus, Leonellus, & Soncinus alter omnes Philoſophi, & Medici eximii. Hujus Gentis geneologiam genuinam, & legalem magis affert Cinthius Jo. Baptiſta Gyraldus in Commentariolo de Ferraria, & Ateſtinis Principibus, ex Lilii Gregorii Gyraldi gentilis ſui epitome deſumpto ad pag. 39. & 40. his verbis = *Quarè inceptum ab Alberto (Eſtenſi) Gymnaſium, aucta profeſſoribus mercede, provexit. Ugonem Bentium Senenſem ad Medicinam publicè profitendam ampliſſimis præmiis conduxit. Hic ille eſt Ugo, qui iiſdem temporibus, quibus Græci cum latinis Ferrariæ de Religione, & ſacris diſputabant, omnes Græcorum rationes acutiſſimè ſolvit, & diſertiſſimè confutavit; quo ſanè tantum ſibi nominis comparavit, ut Italorum omnium doctiſſimus pa-*

riter, & acutiſſimus haberetur. Ex Ugone ortus eſt Franciſcus, qui & ipſe Medicinam magna cum laude ſub Hercule I. profeſſus eſt. Hic verò Soccinum genuit Pythagoricæ, Platonicæ, & Peripateticæ diſciplinæ maxime gnarum, Galenique, & Hippocratis viam eo gradu ingrèſſum, ut malevolorum in ſe invidiam concitaris: cujus ipſe pertæſus Ferrariæ, in Thuſciam Regionem avitam, ſe contulit, & Piſas ampliſſima mercede ad profitendum vocatus, ibi, magna bonarum artium jactura ſeptuagenario major, eo infelicior mortuus eſt, quo Franciſco filio, qui clarum virtutis ſpecimen dederat, fuit ſuperſtes, & quas a filio expectabat inferias, ipſe illi mæſtiſſimus ſolvere coactus fuit. Ab hoc Soccino Dialecticam admodum adoleſcens, & ætate provectior Phyſicam amatiſſime edoctus fui, cujus ſanctiſsimis manibus [quando locus me admonuit] ut aliquam grati diſcipuli gratiam rependerem, pauca hæc de ipſo, & Bentia domo huic Commentariolo inſerere non ab re duxi &c. Ex hac diligenti enumeratione habemus mentionem Ugonis, Franciſci, Soccini, & alterius Franciſci. Si alios progenuiſſent filios in Philoſophica, & Medica facultate inſignes, procul dubio Gyraldo innotuiſſent. Vel igitur cæteri, qua Borſetto deſcribuntur, fictitii ſunt, vel non ex hac ſtirpe progeniti, vel bis & ter iterati, prout de Soccino juniore vehementer dubito.

Pag. 28. *De Ludovico Bonacciolio*. M. Antonius Antimachus Mantuanus in Oratione de laudibus Græcarum Litterarum, quam in Ferrariȩ Gymnaſio publicè habuit, multa notat præconia hujus eximii Viri: illum enim hujus celebratiſſimi [ut ipſe ait] Gymnaſii fuiſſe reſtauratorem, ac omni ſcientiarum, & virtutum genere eminentiſſimum, cui inter tunc vivos, pauci pares inveniri poterant. Item illum proclamat Virum non minori experientia, quàm doctrina ornatiſſimum, ac omnibus egregiis animi dotibus, atque virtutibus undecumque refertiſſimum, qui clariſſimi Ferrarienſis Gymnaſii non minus ornamento, quam utilitati ſemper ſtuduit.

Pag. 45. Dum de M. Antonio Antimaco Mantuano ſermo inſtitutus eſt. Habetur ejus vitæ ratio penè tota, in prolegomenis ad Gemiſtum Plethonem de Geſtis Græcorum, ubi epiſtola integra, & quidem longa, ipſius M. Antonii legitur Matthæo Antimaco Parenti ſuo inſcripta anno 1502. Idibus Julii. Ibi ejus ſtudia in Græcia, & præcipuè Corcyræ per quinquennium peracta enarrat ſub diſciplina Moſchii Lacedemonii Viri in omni virtutum, & ſcientiarum genere excellentiſſimi. Ibi etiam ejus

itinera

itinera diligenter enumerat, reditumque ſuum in Italiam ad paternos amplexus. Inſcribitur Opus hoc integro titulo = *Gemiſti Plethonis de Geſtis Graecorum, poſt pugnam ad Mantineam per capita tractatio duobus libris explicata. M. Anto. Antimacho Interprete. Ad hac. Dionyſii Halicarnaſſei praecepta de Oratione panegyrica, de Oratione nuptiali; de Oratione natalitia; de Epithalamiis. Demetrii Phalerai praecepta de membris, & inciſis; de Periodis; de componendis Epiſtolis; de Characteribus dicendis. Polynai de Re Militari præfatio. Eodem interprete M. Antonii Antimachi de laudibus Graecarum litterarum Oratio. Omnia nunc primùm &c. Baſileæ MDXXXX. Menſe Martio.*

Inſcriptio FESTII, quæ habetur in Tomo I. fol. 20. exſcribi debet hoc pacto.

FESTIO. PAPIRI PRISCI DELIC.

Imago Pueri ſtantis

PARVA SUB HOC TITULO FESTI
SUNT OSSA LAPILLO.
QUÆ MÆRENS FATO. CONDIDIT
IPSE PATER.
QUI SI VIXISSET. DOMINI
JAM NOMINA FERRET.
HUNC CASUS PUTEI DETULIT
AD CINERES.



COROLLARIUM

A' quo tota pendet Ferrarienſis Studiorum Univerſitatis Origo.

SEd ut aliquid, quoad originem ſaltem, Ferrarienſis Studiorum Univerſitatis, firmius ſtatuamus; & fabuloſam ſtudii Bononienſis translationem Ferrariam per Fridericum II. Imperatorem, anno 1241. a Borſetto poſt alios Scriptores, decantatam, eliminemus; inconcuſſaque Ferrarienſis Studii primordia firmemus, illud mihi, licèt penè expleto Opere, ſe offert, quod nuſquam reperire fuiſſem arbitratus. Monumentum nempè germanum, ſincerum, & integrum Scriptoris, ſeu Scriptorum Ferrarien., vel ſaltem Ferrariæ tunc temporis commoran. [id quod a rerum ſcriptarum diligentia, & vel minima in minutiſſimis rebus adnotandis ſolertia dignoſcitur] quod *in Eſtenſi Chronico, Rerum Italicarum Scriptorum T. XV. col. 524. litt. D.* ex antiquo Codice per clariſſimum Muratorium inſertum eſt :

ex

ex quo prima Ferrarienſis Studii inſtitutio, tamquam res ſcribenti contemporanea, ſequenti pacto adnotatur =

Eodem milleſimo (1391.) Illuſtris, & excelſus D. D. Albertus Marebio Eſtenſis volens Urbem ſuam Ferrariæ inſigni, & NUNQUAM hactenus habito honore magnificare: cum a Sanctiſſimo D. N. Papa Bonifacio IX. de Studio generali conſtituendo in Civitate ipſa gratiam, & privilegium apportaſſet: Studium ipſum in omni facultate ſcientiarum, in Dei nomine incboari, atque perfici decrevit: cujus idcircò juſſu, Sapientes, & tota Communitas Ferrariæ ejuſmodi rei avidiſſimi, Doctores famoſos, Dominum Bartbolomæum de Salicecto tunc Ferrariæ habitantem, & D. Ziliolum de Cremona in Jure Civili, alioſque in reliquis facultatibus valentiſſimos ad Salarium dictæ Communitatis contraxerunt. Itaque in feſto S. Lucæ anni ipſius fuit dictum Studium incboatum, ad quod multitudo auditorum, atque ſtudentium advenarum convenit, optimuſque numerus Ferrarienſium vacavit ad illud.

Sequitur narratio de Comitiis generalibus habitis menſe Maii a F. F. Ordinis Prædicatorum in Monaſterio S. Dominici (fortaſſe ſubſequenti anno) & ſubdit quæ ſequuntur ad Univerſitatem Ferrarienſem pertinentia: videlicet.

In duabus vicibus, in eodem Capitulo fuerunt magiſtrati in ſacra pagina quattuor Fratres ordinis illius in majori Eccleſia Ferrariæ, cum debitis ſolemnitatibus: quod cum nunquam hactenus licuiſſet fieri in Civitate Ferrariæ, nunc licuit, propter licentiam habitam ex Privilegio Studii generalis impetrato per D. Marebionem a Romano Pontifice, ſicut ſupra proxime continetur.

Hoc pacto certiores fiunt Ferrarienſes de origine propriæ Univerſitatis. Quod ſi F. Leander, aliique Scriptores, quos ſequitur Borſettus, firmiter aſſerere audent, Fridericum II. Imperatorem, in contumeliam Bononienſium, quos odio habebat (ob factiones populares Guelphorum, Gibellinorumque in tota Italia obſtrepentes, & ob excommunicationis fulmen quinquies, ut tradunt Authores, illi a Pontificibus impactum) tranſtuliſſe Studium generale modò Patavium, modò Neapolim, modò verò Ferrariam: utique admittendum venit, ſed non per hoc ſequitur, Univerſitatem hoc pacto violenter, & ab Imperatore excommunicato translatam in locis, ad quæ translata fuerat, floruiſſe, firmaſque radices fixiſſe: nam hujuſmodi translationes momentaneæ fuerunt, & ephimeræ, neque per hoc nuſquam Bononiam Studii generalis privilegio deſtitutam fuiſſe legi-

Digitized by Google

legimus: & ſi iſta disjunctio, ſive translatio minaciter quandoque denunciata, & amplificata fuit, celerrimè rumore ſubacto, quæcumque munera, & quæcumque Univerſitates ad priſtina officia reparata fuerunt.

Epocha igitur Ferrarienſis Univerſitatis Studiorum ab anno 1391. deſumenda eſt: propterea quæcumque in contrarium, vel in Hiſtoria Borſettana, vel in hoc Supplemento dicta ſunt, expungenda veniunt, tamquam nullius momenti. Ab illo tempore florere cœpit Univerſitas hæc ſub Principum Eſtenſium dominio, multiplici illuſtrium Doctorum, vel Ferrarienſium, vel alienigenarum frequentia. Ædes ab initio habuit varias, neque firmas: Unaquæque Facultas ſejunctim, modò huc, modò illuc conveniebat, donec anno 1586. in Paradiſi Palatio nuncupato (prout huc uſque degit) Sedem immutabiliter fixit. Ibi viciſſitudines varias paſſa, modò florida, modò exinanita perduravit, juxtà temporum neceſſitates. Sed & recentiori ævo ſub S. Apoſtolicæ Sedis dominio, novis privilegiis, & immunitatibus decorata, ob ſummam curam a moderatoribus ſumptam, in faſtigio emicuit, Ædium ſplendore, & Lectorum, Profeſſorum, Scholariumque numero conſideranda.

NUMISMATUM

In fronte cujuſcumque Libri hujus Secundæ Partis exhibitorum explicatio.

NUMISMA I. fol. 5.
in Libro I.

G*Uarini Veronenſis* Imaginem demonſtrat hoc maximi moduli Numiſma, relatum a clariſſ. M. Scipione Maffeo P. II. l. 3. Veronenſis Hiſtoriæ, ex Muſæo fortaſſe Co. Ludovici Maſcardi, in cujus deſcriptione, inter alia, adnotatur. In anteriori parte vultum Guarini exprimit, ſtructuræ verè magnificæ, & ad oſtentationem compoſitæ, eminenti fronte, rugoſa facie, & capillitio græcitatem præſeferente. In avverſa verò, quæ laurea bacchifera corona redimitur, ineſt fons irriguus, corona pariter laurea redimitus, fortaſſe ad tanti Viri eloquentiam declarandam effictus: eminebat enim Guarinus tum in carminibus, tum in ſoluta Oratione in utraq. lingua: communiter enim Græcæ, & Latinæ eruditionis fons nuncupabatur; ut habemus ex Epiſtolis B. Alberti de Sarziano Romæ editis anno 1688. Fuſum fuit hoc Numiſma a Matthæo Paſtio Veronenſi, cujus nomen ibi exprimitur; fuitque Artifex magni nominis, & valde celebratus, ex dictis per laudatum Maffeum.

Guarini hujus mentionem facit Borſettus noſter T. 1. f. 31. & ſeqq. Ipſe fuit, qui nobilis hujus familiæ prior Ferrariæ radices fixit, illam Verona transferens circa annum 1436. occaſione Concilii Ferrarienſis-Florentini ſub Eugenio IV. Ab eo ſtirps Guarina ſatis laudabili Filiorum, & Nepotum ſubſequentium numero fuit propagata. Deceſſit Anno 1460. die 4. Decembris nonagenarius, ejuſq. Tumulus cum Epitaphio in D. Pauli Ferrariæ extabat. Nunc verò a terræmotu diruto tumulo, unice epitaphium legendum proſtat.

NUMISMA II. fol. 33.
in Libro II.

Franciſcum, ſive Franciſchinum Viſdominum. Numiſma ſecundum præſefert, qui Ferrarienſis familiæ decus, & Ordinis Min. Con-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Conventualium S. Franciſci ornamentum extitit. Exculptum fuit anno 1564. anno nempè undecimo ante ejus obitum: Bononiæ enim occubuit anno 1575., & in D. Franciſci humatus tumulum habuit ſatis honorifico epitaphio condecoratum. Cumque ſua tempeſtate in Chriſtiana eloquentia maximopere præſtaret, in parte poſtica Numiſmatis, robur, & ſplendor exprimitur ejus eloquentiæ, per brachium manu gladium ignitum perſtringens, cum lemate = *Vox Domini in virtute*. Ex Pſalm. 28. De eo Borſettus P. 2. f. 160. Extat Numiſma hoc in Muſæo Bonaventuræ Piſtophili.

NUMISMA III. fol. 64. In Libro III.

Joannis Ronchegalli Numiſma tertio loco ſe offert, qui fuit Juris-Conſultus clariſſimus Ferrarien. de cujus Operibus typis editis loquitur Borſettus P. 2. f. 154. Pars anterior Ronchegallium exprimit cum majeſtate barbatum: pars verò poſterior circinum demonſtrat humana manu perſtrictum: in ſuprema parte, nempè in pomo, eminet Gallus: in uno circini ramo anguis vincîtur. Litteræ verò ſic ſonant. *Ætatis lubricum*. Cujus ſymboli verè abſtruſa ſignificatio eſt. Fortaſſe adoleſcentiam Ronchegalli exprimit, lubricitatem per anguem, vigilantiam per Gallum, & directionem per Circinum demonſtrans: Gallus enim vigilantiæ, Anguis prudentiæ ſigna ſunt, quæ omnia per circini menſuram diriguntur. Extat in Muſæo Nicolai Baruffaldi. In anteriori parte hujus Nummi legendum venit *Ronchegallus* non *Ronche gallus*. Quod per Sculptoris errorem irrepſit.

NUMISMA IV. fol. 96. In Appendice Libri III.

Duorum Numiſmatum honore gaudet *Ludovicus Carbo* Orator, & Poeta tum Græcus, tum Latinus facundiſſimus, qui a nonnullis Poeta Laureatus nuncupatur. Unum quod ſervatur a Baruffaldo exhibet illius faciem lauro redimitam cum hujuſmodi epigraphe = *Or ſe tu quel Carbone, e quella fonte*. In altera parte ſculpta apparet Siren aquis innatans, ut fortaſſe cantus dulcedine Carbonem Poetam ſignificet, his verbis appo-

ſitis = *Che ſpandi di parlar sì largo fiume.*

Alterum Numiſma hìc appoſitum ex Muſæo N.N. de Bruziis Bononien., minoris magnitudinis, ſed excellentioris operis, faciem Carbonis demonſtrat, graviorem ætatem præſeferentem, biretto capiti impoſito. Literæ ſic ſonant *Candidior pura Carbo Poeta Nive.* Quod ad nomen Poetæ ſe refert, ut appoſita antitheſi magis eluceſcat: Carbo enim [quis neſcit?] niger eſt: nix verò candidiſſima. Tribuendum venit hoc non Poetæ faciei, ſed carminibus, niveo candore fulgentibus. In averſa verò parte fons biceps, & fluens apparet, ſecus quem quædam fœmina ſedens [quæ pro Muſa Calliope habetur] coronam cuidam juveni porrigens ſtanti, epitogio manicato induto, & vultui in anteriori nummi parte ſculpto ſimillimo, qui dextera coronam a Muſa exhibitam arripere videtur. Id literæ circulariter ſculptę apertiſſime explicant dum ajunt. *Hanc tibi Calliope ſervat Lodovice coronam.* Florebat annis 1465. prout habetur ex ejus elogio tum a Borſetto P. 2. f. 38. efformato, tum ex hoc ſupplemento fol. 17.

NUMISMA V. fol. 104.
In Libro IV.

Non magnæ molis nummus eſt, & apud Baruffaldum ſervatur. In anteriori parte *Herculem Strotium* Ferrarien. Poetam Titi Filium lauro redimitum: ex adverſa verò *Barbaram Taurellam* ejus Uxorem, comptis, & ornatis comis, quæ ſponſam decent, demonſtrat. Magna inter Scriptores contentio eſt: utrum Taurella Uxor, an verò foret Amaſia, pro qua mortem inopinatam, & truculentam ſubjit Ferrariæ, nocte ſexta Junii anni 1508. Sed nummus iſte dubium tollit: ibi enim Barbara Uxor Herculis appellatur; pro qua ſententia Thebaldæus, & Areoſtus fuerunt in epitaphio, nec non Aldus Manutius in elogio, a quibus modò Conjux, modò Uxor Herculis appellatur: Teſtantur id etiam carmina italicè ſcripta ab eadem Barbara Taurella, quorum ſpecimen habetur in Collectaneis Ferrarienſium Poetarum. Cœlius Calcagninus de eo ſcripſit, neminem felicius Hercule Strotio modulos tentaſſe, aut in his celerius profeciſſe. Ejus carmina una cum aliis Titi Patris evulgata patent, ex editione Aldi: ac etiam Pariſiis excuſſa. De eo Borſettus T. 2. pag. 402.

NUMISMA VI. fol. 124.
Ad Corollarium.

Sextum Numiſma *Bartholomæi Pendagliæ* Ferrarienſis effigiem exprimit his litteris. *Bartholomæus Pendaglia inſigne liberalitatis, & munificentiæ exemplum.* Facies, ſive frons cum pileolo tunc temporis in uſu apud nobiles, & pręclaros viros, ornata eminet: floruit enim tempore Borſii I. Ducis Ferrariæ anno 1452. tunc cum Fridericus III. Imperator in hac Civitate Ducis Mutinæ titulo eundem Borſium decoravit: qua occaſione magnatum caterva ſtipatus, nuptiis Bartholomæi hujus, cum Margarita de Conſtabilibus nobili fœmina, interfuit, Equitiſque titulum illi impertivit, ac Sponſam monili magni prætii ditavit. Hac opportunitate cuſum fuit Numiſma hoc medii moduli per Sperandeum Mantuanum, ut nempè liberalitas Pendagliæ in ſolemnitate nuptiarum ejus prædicaretur, dum & munera, & apparatus, & quæcumque alia, quæ Cœſari conveniebant, paraverat, & ſimul Cœſarea Liberalitas innoteſceret: dum in parte averſa Juvenem denudatum, fronte coronatum, & ſuper armorum ſpolia ſedentem, baculo in læva munitum, dextera vero pomum porigentem, exprimit. Ad pedes crumena patens, & monetas fundens apparet: In Scamno armorum, pelta, ſive ſcutum exprimitur, in quo illorum de Cinquentis ſtemma ſculptum eſt. Verba ſunt = *Cæſariana Liberalitas*, ex quo Cœſar hunc Pendaleam multis muneribus condecoravit, & equitem nominavit. Fortaſſe Hymenei figura eſt, ex quo nuptiarum cauſſa, tantus honor familiæ de Pendaleis [quæ antea de Cinquentis nuncupabatur] impertitus fuit. Borſettus Part. II. f. 387.

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM NOTABILIORUM
HUJUS SECUNDÆ PARTIS.

A

Accariſius, Virgilius, Nicolas	*pag.*	63
Albertus		104
Achillinus, Claudius		74
Æmilianus, Joannes		60
Ejus Accademia		60
Jacobus		74
Agathus Cremonenſis		36
Agnellius Hieronymus		80
Hiacynthus		88
Franciſcus		93
Jacobus		94
Agolantus Ludovicus		81
Albertinus Blaſius		104
Alciatus Andreas		48
Amadorius Hieronymus		79
Cæſar		81
Amatus M. Antonius		100
Ambroſionus Georgius		70
Ambroſius Franciſcus		105
Ancharanus Petrus		8
Ejus funus, & epitaphium		*ibi*
Andreolus Ludovicus		82
Angelus Bonaventura		53

Antimacus M. Antonius	45 121
Antimareſta M. S.	11
Antonianus Sylvius	57
Apologus pro Animadverſione ad librum V.	117
Appendix Borſetti ad III. librum inutilis	96
Aragoneſius Vitalis	13
Arcadiæ Colonia Ferrariæ	87
Areoſtus Franciſcus	29
Horatius, & Virginius	105
Argenti, ſeu Arienti Auguſtinus	56
Ariſius Franciſcus	36
Arquati Antonius, non Torquatus	14
Aſſaſſinius, ſeu Ptolameus Leonellus	23
Avellinus Julius	98
Avogarius Petrus	19
Auriſpa Joannes	16
Azzius Antonius Maria	52

B

Bacillerius Tiberius	34
Barbarinus Bonaventura	109
Barbazza Andreas	16
Barbuglius Bernardinus	105
Barottus Jo. Andreas	55 114
Bartolus Paulus	81
Joſeph	91
Baruffaldus Nicolaus	111
Hieronymus	92 93
Baſſius Vivianus	13
Beccarius Antonius Melchiades	114
Bellaja Hannibal	77

Ni-

Nicolaus	84
Bellanius Hiacynthus	91
Bellatus Antonius Franciſcus	111
Bellinus Catalanus	8
Bellus Albertus	23
Belmontius Belmontes	100
Bembus Bernardus	ibi
Bencius Hugo	13 121
Socinus	15 16 39
Benettus Jo. Dominicus	86
Bentivolus Hippolytus	82
Aloyſius	82 87
Cornelius	82 89
Aſcanius	82
Bergomenſis Alexander	13
Bernius Franciſcus	78
Bertazzolius Bartholomaus	59
Claudius	64 78
Bertolellius Hieronymus	66
Bertonus Andreas	110
Bevilaqua Aloyſius	76
Bibliotheca Scriptorum Ferrarien., uſquemodo nuſquam ſcripta	106
Bianchinus Joannes	13
Joannes Baptiſta	77
Blanchinus, vide Bianchinus	
Boarius Petrus	84
Bologninus Ludovicus	22
Bonacciolus Ludovicus	28 122
Nicolinus	42
Paulus	81
Bonacoſsa Hercules	75
Hippolytus	19

Bona-

Bonagratia Præpoſitus Cath. Ferrariæ	5
Bondenus Vincentius	106
Ejus Bibliotheca igne conſumpta	*ibi*
Bondius Dominicus	51
Bonfadus Bonalbergus Canonicus	6
Ejus tumulus, & epitaphium	7
Bonus Petrus	19
Lombardus	26
Jacobus Antonius	53
Bononus Antonius Maria	87
Bordanus Franciſcus	77
Julius	82
Bordocchius Alexander	27
Borſettus Joannes Dominicus	93
Bartholomæus	94
Ferrantes	115
Dionyſius	80
Boſchinius Joannes Ludovicus	94
Botticinus Antonius Franciſcus	93
Braſavolus Joannes	5
Franciſcus	27
Antonius Muſa, & ejus Scholares	97 41
Renatus	52
Hippolytus, & Antonius	60
Hercules	75
Alphonſus	81
Brixianus Liborius	86
Briſighellius Carolus	113
Brunaldus Carolus	84
Bulla Archiepiſcopatus Ferrarien.	1
Butricellius Franciſcus	32
Butrius Antonius, ſeu de Butrio, ejus imago	9 10

C

Caelius, vide Richieri
Cagnacinus Jacobus 41
Alphonſus 60
Calanius Mauritius 77
Calaonius Joannes 8
Calcagninus Cęlius 27
Calcetta Franciſcus 73
Calogierà Michael Angelus 122
de Campania Franciſcus 13
Canalius F. Joannes Minorità 16
Matthæus, & Joannes Franciſcus 24
Cananus Thomas 33
Joannes Baptiſta 47
Joannes Baptiſta alter 23
Antonius Maria 43
Julius 113
Cantalupus Hieronymus 42
Cappellus Octavius 84
Caprillius Joannes Baptiſta 73
Pius Æneas ibi
Carbonus Ludovicus 17 128
Carpius Carolus 82
Carraria Albertus 11
Carrius Alphonſus 78
Caſalecchius Petruccinus 7 120
Caſella Petrus 8
Caſellatus Franciſcus 32
Caſtellanus Petrus Nicolaus 83
Caſtellus Franciſcus, & ejus palatium 35
Carolus Ronchegallus 79

Joan.

Joannes Paulus 11
Caſtracanius Franciſcus 91
Catellanus Dominicus 98 110
Catus Carolus 24
Ludovicus 39
Renatus 50 51
Cavallius Gilfredus alias de Verona 16 17
Cavallinus Carolus 81
Cavitelli Giliolus de Cremona 125
Cella Antonius 100
Cephalus Joannes Baptiſta 47
Chronologicus Ordo non ſervatus a Borſetto 10
Ciaraffonus Canddius 91
Ciavarnellius Joannes 79 107
Cinonius. Vide Mambellius
Cinus Florianus de Caſtro Sancti Petri 30
Clementis P. P. XI. Epiſtola ad Commune
Ferrarriæ pro Criſpio. 109
Coattus Joannes Benedictus 93
Coccapannus Camillus 68
Codegorius Bartholomæus 53
Cognomina in latinis libris latine ſcripta
laudabilia ſunt 43
Columbus Columbinus 17
Realdus 121
Collenuccius Pandulphus 17
Conſtabilis Hippolytus 42
Vincentius 77
Contrius Gratius 80
Contughi Caſarius 24
Paulus 65
Coraſius Joannes Toloſanus 53
Corneus Petrus Philippus 16

Coſpac-

Coſpuccius Gaſpar 30
Cremoninus Cæſar, & de ejus origine 65
Criſpius Joannes Maria 66 67
Euſtachius 67
Franciſcus 67
Hieronymus Archiepiſcopus 67 68 107
Hujus Familiæ palatium acquiſitum Ferrariæ 24
Cupillius Stephanus Archiep. Spalatri 86
Curionus Hieronymus 59

D

Donus Carolus 102
de Doctoribus Antonius Franciſcus 24

E

Eganus Leonellus 27

F

a Fabra Aloyſius 85
Aegidius 93
Facinus Horet Nicolaus 94
Falleti Hieronymus 52
Fallopius Gabriel 52
Farrus Franciſcus 88
Faſolius Franciſcus 79
Favallius Cæſar Pariſius 92
Favarius Nicolaus 30
Ferrareſius Joannes Petrus 84
de Ferraria Joannes 13 20
Ferrus Florianus 77

Joannes Franciſcus 85

Bartholomaus 18

Borſius 91

Feſtii Papinj epitaphium ad veram lectionem tractum 123

Feſtinus Carolus 79

Florinus Egavus præſumptus Lector. 19

Florius M. Antonius 45

Fontana Hieronymus 76

Joannes Epiſcopus 102

Franciofus Jacobus 94

dalla Fratta Gherardus Lector præſumptus 8

Freguleus M. Antonius 86 87

Dominicus 80

Fulchius Jacobus 8

Fuſchinus Jo. Baptiſta 56

Fuſchus Lactantius 28

G

Gabrielius Gaſpar 45

Galvanus Alexander 66

M. Aurelius 77

Gambilionus Jacobus 10

Angelus 14

Gauricus Lucas 36

Gaza Theodorus 13

Gemiſtus Pletho 32

Ghedinus Auguſtinus 76

Giaccarus Hieronymus 98

Gianninus Thomas 68 76

Lucas 76

Giliolus vide Cavitellus

Giova-

Giovanelli Franciſcus 80
Gozius Joannes Baptiſta 82
a Gradibus Joannes Matthaeus 22
Gratiadei Hercules, & Hippolytus 93
Grillus Angelus 99
Gualengus Galeatius 75
Camillus 77
Eleonora 50
Guareſchus Franciſcus 74
Guarinus Veronenſis 5 12 127
Baptiſta 17 78
Alexander 35
Baptiſta alter 56 57
Gymnaſii Ferrarien. vera, & genuina origo 124
Gypſius Lanfrancus 39 40
Gyraldus Lilius Gregorius 42 43 120
Cinthius Joannes Baptiſta 44
Flavius Antonius 58

H

Horet, vide Facinus
Herculanus Bartholomaeus 12
Herdout Thomas Cardinalis 32
F. Hieronymus Ordinis Praedicatorum 28

I

Jacobellus Seraphinus 112
Impeͬialis F. Joſeph Renatus 43
Juſtiuns Joannes Baptiſta 81
Franciſcus 91
Laurentius 93

L

LADERCHIUS Joannes Baptiſta dictus Imola 58
Lana Franciſcus 84
Lancius Ludovicus 113
Landrinus Galeatius 71
Lanzonus Joſeph 89
Lapinus Bernardus 63
Lecciolus Nicolaus 93
Leghamini Franciſcus 28
Leoncillus Antonius 100
Leonicenus Nicolaus 21
Leonius Paulus 60
Libanorius Martinus 12
Libantus Dominicus 77
Libiola Joannes 74
Ligorius Pyrrhus 59 60
Lollius Hippolytus 44
Ludovicus 77
Caeſar 80
Hieronymus 87
Lombardi Petrus 26
Jacobus 81
Lotti Stephanus 70
Luſitanus Amatus 31

M

MACCHIAVELLUS Alexander 22
Madius Vincentius 49
Magattus Caeſar 75
Magnaninus Octavius 71
Sanctes 80

Magnonus Joſeph	81
Magnus Orphæus	71
Hercules	78
Magrinus Joannes	88
Mainenſius Scipio	10
Majus Franciſcus Maria	93
Malvetius Benedictus	93
Mambellus M. Antonius	101
Manardus Joannes	25 26 45
Mandelli Jacobus	56
Mandoli Valentinus	74
Maraldus Matthæus	92
Marchionnus Petrus Leo	85
Dominicus	102
Mareſcalcus Franciſcus	19 120
Marinettus Eleonora	50
Martellus Georgius	85
Hieronymus	113
Martialis Pellegrinus	58
Martinus F. Silveſter	91
Marzajolus Joannes Franciſcus	79
Antonius	79
Maſſa Joannes Baptiſta	23
Mazzolanus Petrus	66
Julius	66
Mazzolinus Cajetanus	111
Mazzucchius Franciſcus	99
Hiacynthus	88
Merlinus Clemens	75
Michiellius Petrus	84
de Minervali quid ſignificet	105
Minius Ronchegallus Jacobus	85
Joſeph	94

Mine-

Minorita, vide Canalius
Minucianus Peregrinus 70
Mirolius Bartholomaeus 58
Molinus Hieronymus 32
Monacus Severus 26
a Monetis Petrus 75
Hippolytus 80
de Monte Gaſpar Marchio 92
Montecatinus Antonius 59
Moratus Fulvius Peregrinus 51
Olympia 50
Morlachetti Philippus 80
Moronus Joannes Baptiſta 79
Muſici ad Gymnaſium Ferrarien. non pertinentes 117

N

N*Aſcimbenius Naſcimbenus* 52
Naſellius Ludovicus, & ejus Palatium 23
Alexander 53
Negrinus Dominicus 78
Negrius Franciſcus 105
Julius 111
Nicolettus Joannes 11
Nicolutius alias Pigna, Joannes Baptiſta 55
Nigriſolius Franciſcus 78
Hieronymus 79 83
Hieronymus alter 84
Franciſcus Maria 82
Franciſcus alter ibi
Joannes Andreas 84
Sigiſmundus 86
Noriſius Ambroſius 85

Nova-

Novarius Antonius 25
Dominicus Maria ibi
Numiſmatum bujus ſecundæ partis deſcriptio 127

O

OBizzius Hippolytus 71
Rupertus Marchio 88
Ochi Laurentius 17
Orgeacius Jacobus 69
Origonius F. Alexander 95

P

PAleottus Vincentius 20
Palmerius Hippolytus 92
Pandulphus Alphonſus 75
Panicciatus Nicolaus Maria 28
Panninus Ludovicus 72
Cornelius 76 121
Alexander 73 74
Panza Alexander 51
de Papia Joannes 13
Parolarius Antonius Maria 58
Parolinus Antonius Maria ibi
Hercules 75
Paruta Joannes Jacobus 99
Paſchalius Januarius ibi
Paſsarellius Almericus 81
Patricius Franciſcus, & Franciſcus alter 65
Paulutius Ludovicus 20
Pendaglia Bartholomæus 130
Alexander ibi

Picco-

Penna Albertus 110
Piccolomineus Arcangelus 100
Pictores perperam inſerti in hoc Opere 117
Pictura Eccleſiarum Ferrariæ deſcriptæ a Briſighellio 113
Pigna Joannes Baptiſta alias de Nicolutiis 54 55
Pelagatti Jacobus 93
Hæc familia a Calamo nomen trahit 12
Pellizzarius ſeu Peliparius Ludovicus 45 122
Percivallus Bernardinus 70
Barnabas 31
Perinellus Bernardinus 79
Peverati Angelus Maria 111
Piſanus Marcus Antonius 87
a Piſcibus Gaſpar 93
Piſtophilus Papinianus 73
Bonaventura *ibi*
Placentinus Ruggerius 70
Plato Georgius Gemyſtus 32
Pocaterra Hannibal 68
Pomponatius Petrus 39
Ponzonius Julius 51
Prampolinus Alphæus 59
Priſcianus Peregrinus 39
Georgius 63

Q

QUadrius Franciſcus Xaverius 57
Quareſima Paulus 56
Quercius Nicolaus 93

Raven-

R

RAvennas Petrus	17
Raynaldus Hieronymus	79 83
Riccius Franciſcus	92
Rhodiginus vide Richerius	
Richerius Cælius Rhodiginus	38 39
Righettus Antonius Franciſcus	87
Riminaldus Hippolytus	46 47
Robertus Hieronymus	76
Ronchegallus Joannes	46 79 101
Roſinus Antonius	73
de Roſſis Alexander	73
Laurentius	93
Joſeph	101
Rotuli ſtudiorum quo tempore initium ſumant	20
Roverella Laurentius	11
Julius	107
Ruinius Carolus	25
Ruſca Joſeph	94

S

SAcratus Julius	72
Sadolettus Hercules	50
de Saliceto Bartholomæus ſenior	8 125
Bartholomæus junior	15
Petrus Bartholomæi	63
Salmius Franciſcus	88
Salviatus Leonardus	70 120
Sammartinus Carolus Henricus	101
Sancaſſanus Dionyſius	101
de Sanctis Hieronymus	27

Sandeus Felinus 18
Jo: Franciſcus 20
Sangermanus Franciſcus 113
Santomæus Cajetanus 115
Sardius Ludovicus 12
Alexander 42
Scholares Antonii Muſæ Braſavolæ 96 97
Scotus Julius 31
a Scropha Franciſcus 112
Severus Monacus 26
Sinapius Joannes 45
Siverius Franciſcus 51
Spagnolius Joſeph 85
Squarcionus Raynaldus 88
Alexander 95
Stiaticus Ignatius 89
Stramuſolius F. Laurentius 112
Strotius Alphonſus 76
Hercules 129
Studium Ferrarienſe quanti habitum 31
Ædes deſcriptæ 69
Ejus vera origo 124
Superbus Joannes 78
Suſenna ſeu Suſinna Franciſcus 24

T

Tapiolus Antonius 75
Tartagnus Alexander 15
Taſſus vide Taxus
Taſſonus Hercules 25
Daniel 25
Tavelli B. Joannes de Toſſignano 80

Taurella Barbara Uxor Herculis Strozzæ	129
Taxus Torquatus	60
Lector in hac Univerſitate	61
Ejus ſepulchrum	62 63
Tebaldæus Antonius	19
Terzani Cremona Joannes Franciſcus	57
Teſſira Ludovicus Luſitanus	33
Tognus Antonius	110
Tomai Petrus Ravennas	17
Torius Florius	84
Toſinus Hieronymus	76
Antonius	77
Dominicus. Franciſcus	80
de Toſſignano Petrus	6
B. Joannes	80
Trottus Albertus	20
Turaminus Alexander	73
a Turre Joannes Antonius	102
Angelus	94
Philippus	102
Typographica ars quando Ferrariæ incepta	13

V

de Valentia Ludovicus	22
Valla Joannes	15
Georgius	19
de Valliſneria Joannes Maria	24
Galeottus	24
Albertus Maria	27 45
Varini Severus	26
Veneticus Alphonſus	84
de Verona Franciſcus	13

Viani Sanctes 63
Vicus Æneas 92
Vignolius Gulielmus 19
de Vincentia F. Vincentius 39
Viſdomini Franciſcus 49
    Franceſchinus 98
    Jacobus 73
    Hippolytus 77
Vitalius Federicus 76
Univerſitas Ferrariæ. vide Studium Gymnaſium
Voltolina Petrus Dominicus 91
Urbanus III. Ferrariæ moritur 6
    Ejus ſepulchrum 6

Z

Zaccarus Hieronymus 98
Zacrius Livius 76
Zanchius Auguſtinus 81
Zannellus Sebaſtianus 94
    Hyppolytus 94 116
Zappata Joannes Baptiſta 101
Ziliolus vide Giliolus
Zoccolattus Benedictus 93

FINIS.

NOVA,

NOVA, ET SEDULIOR ERRORUM,

Qui in ambobus hujus Operis Voluminibus irrepſere expurgatio.

In Tomo I.

fol.	lin.	ERRATA	CORRIGE.
20	21	Saltem quod ſciam	*Adde* Exarchis poſthabitis;
13	8	ez	ex
25	4	poterat	poterant
	31	pertineat	pertineant
30	2	libra Marcheſana	libra Marcheſana aurea
35	1	cimus	digniſſimus
	17	plaſmata	ſphalmata
46	4	oſſe	eſſe
	5	hæredis *adde*	fideicommiſſarii
	15	Congregationi	Congregationis
47	1	Adoleſcens	Vir
	36	Univerſitatis	Collegii
50	6	I. Henrico	F. Henrico
57	2	Vitelliani, & Vitelliano	*alii* Viteliani, & Vitaliano
78	14	Vide	Vidæ

In Tomo II.

fol.	lin.		
7	10	ex eunte	exeunte
13	12	typographia,	typographica;
	16	Evagoræ	& Evagoræ

fol.

fol.	lin.		
14	22	Egnario	Egnatio
16	3	intercedat fides	Intercedat, fides
	35	Auriſpe	Auriſpæ
	37	Verna	Verona
	40	Cathedralem	Cathedrali
18	26	per	quod
19	25	Mareſcottis	Mareſcalchis
23	22	annos	annum
25	32	Diſcipulo	Magiſtro
27	30	27 *adde*	Conſiliarios
	24	Marchionne	Marchionno
28	3	1592.	1492.
34	1	Danielo	Danieli
35	31	ad notatio	adnotatio
36	11	terræmotu	terræmotum
38	38	Richceri	Richieri
39	26	tropæha	trophæa
42	6	phirimas	plurimas.
	8	interum	iterum
	35	hec	hæc
45	15	de Sinappio	De Sinapio
49	33	Pretica	Poetica
51	10	Archiconfraternitatis	adde Mortis
59	7	colligi minime poteſt	Colligi minime poſſe, aſſeritur locum, &c.
		Poetarum, Extra	poetarum extra
71	7	Graxinus	Grazinus
89	17	S. Jacobi &c.	S. Ceciliæ, cujus erat titularis
91	37	Conſcripti	conſcriptos
94	10	ab	ad
109	40	Clemente PP. XI.	Innocentio XIII.

Si quæ fortè alia fuerint errata, quæ oculos tuos offendant, tu calamo tuo æqui bonique conſule, Lector benevole.

Vidit P. D. Philippus Tremoli Clericorum Regularium Sancti Pauli, & in Eccleſia Metropolitana Bononiæ Pœnitentiarius pro Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto XIV. Archiepiſcopo Bononiæ.

Die 20. Septembris 1741.

AD Excellentiſſimum Dominum D. Hieronymum Hilarium Clerici J. U. D., ac S. Theologiæ Lectorem Publicum, nec non Sancti Officii Conſultorem, ut videat pro Sancto Officio, & referat &c De Ordine Reverendiſſimi Patris Inquiſitoris Generalis Bononiæ.

Vidi; & admitti poſſe cenſui hac die 29. Septembris 1741.

Hieronymus Hilarius Clerici Sanctiſs. Inquiſitionis Conſult.

Attenta retroſcripta atteſtatione.

IMPRIMATUR

F. Thomas Maria de Angelis Inquiſitor Generalis Sancti Officii Bononiæ.

HAG 2013 562

Digitized by Google